<sup>70</sup> Marsilius of Inghen, *Quaestiones super quatuor libros Sententiarum*, I, q. 2, a. 3 (ed. Georg Wieland, Manuel Santos Noya, Maarten Hoenen, and Manfred Schutze [Leiden, 2000], 81): “Hic modus de significabilibus complexis distinctis a rebus incomplexis vel est adeo subtilis quod imaginationem communium excedit et presertim meam, vel fortassis est ex ignorantia logicae introductus. Fortassis enim nescientibus respondentibus assignare causam falsitatis propositionum falsarum ad significabilia complexa recurrerunt distincta contra incomplexa, quae nec ipsi nec alii intelligere potuerunt. Et sic metam effugere volentes ad inconceptibile pervenerunt. Quis enim concipiet, quod ‘Deum esse’ nec sit substantia nec accidens nec ista simul, et tamen est?”

share Marsilius's skepticism on this last point, the fact is that the theory of propositions espoused by Billingham, Wodeham, and others, to the extent that they all involve the positing of features of reality that are not amenable to the substance-accident scheme to account for the signification of propositions, is clearly not a metaphysically absurd theory; indeed, it is a theory that has continued to enjoy the support of many important philosophers (Frege, and Russell, at least at one stage of his career, are examples). Thus, the mere fact that the *significatum* of a proposition is not a substance or an accident cannot count as a decisive objection against the theory. The question is whether the same might hold true of Maino's objection to James's modes of being. After all, James could argue that although it is true that most things are substances or accidents, an exception must be made for modes, which are just one of those features of reality that do not reduce to either. It seems to me, however, that there is an important difference between the two cases. Propositional objects are dependent upon the things the propositions are about; making the significate of the proposition a mode, as Billingham does, is coherent with this fact. A Viterbian mode, by contrast, is supposed to account for what makes a form potential or actual; it strikes, so to speak, at the heart of reality. But making something as metaphysically "frail" as a mode the cause of this fundamental difference seems implausible to the extreme. And this just might be Maino's point, and it could partly explain his exasperation with Viterbo's theory: If there are cases where exceptions to the substance-accident scheme are warranted, the one James has in mind surely cannot be one of them.

What about the third objection, namely that the theory of potential modes implies an impossibility? Is this a fair criticism of James? What would be required for it to be so is for the potential forms in James's theory to be numerically distinct from one another, for if they are not, they cannot make up a multitude, finite or infinite. But are they? Certainly, Maino thinks they are, as we can gather from ⟨78⟩, where he writes "res distincte a materia etiam ponunt in numerum inter se, quia res diverse adinvicem et distincte." It is worth pointing out, however, that in the two passages of *Quodl.* II, q. 5 where James briefly discusses the topic of numerical distinctness,<sup>71</sup> he mentions only the numerical distinctness of po-

<sup>71</sup> James of Viterbo, *Quodl.* II, q. 5 (ed. Ypma, 71.396–13 and 84.844–51).

tential form from matter; he says nothing to the effect that forms are numerically distinct *from one another*. Of course, Maino's point might be that even though James does not explicitly state that the potential forms are numerically distinct, his theory implies it. But this belief does not square with James's comments in his second discussion of distinctness. There, James tells us that although the form in potency is other than matter *in one sense*, there is another sense in which it is identical with it, "for to be in potency is to be indistinctly." He then tells us that in the sense in which the potential form is other than matter, it is numerically distinct from it, but in the sense in which it is the same, it is not numerically distinct, "on account of its potential mode of being." James, therefore, despite his claims in the earlier passage, apparently does not want to say that the potential form is numerically distinct from matter *simpliciter*.<sup>72</sup> Unfortunately, he says little about how the two senses can be combined in a coherent fashion, so it is doubtful that his qualifications in the second passage are enough to save the day. Maino might simply counter that James cannot have it both ways: if he is going to make potential forms only modally distinct from actual ones, he will have to acknowledge that they enjoy the other hallmarks of actuality—including numerical distinctness. He cannot, faced with the problematic consequences of his position, resort to the subterfuge of invoking "another sense," which just turns out to apply to the case at hand, in which the potential forms are identical with matter. Thus, although Maino might not have been as charitable as he could have been and while he might not have taken into account all of James's relevant assertions, his criticism nonetheless points to real problems in James's theory. All in all, despite the boldness and ingenuity of James's doctrine of seminal reasons, it would seem that Maino had some legitimate reasons to cast doubt on its tenability.

<sup>72</sup> "Et haec forma in potentia, licet sit alia res a materia uno modo tamen, potest dici alio modo eadem res cum quia esse in potentia est esse indistincte. Actus enim est qui distinguit. Unde forma, ut est in actu, ponit in numerum cum materia, quia sunt duo principia compositi. Forma vero in potentia quodam modo ponit in numerum cum materia, in quantum dicit aliam rem ab ipsa, quodam modo autem non ponit in numerum cum ea, propter modum essendi potentialem, propter quem convenit cum materia et cum ipsa coincidit" (ibid., ed. Ypma, 84.844–51).

*Ratio edendi*

The most detailed, and recent, description of Florence, Biblioteca Nazionale, Conventi Soppressi J.3.6 is found in *Aegidii Romani Opera omnia I: Catalogo dei manoscritti (96-151) 1/2\* Italia (Firenze, Padova, Venezia)*, ed. Francesco del Punta and Concetta Luna (Florence, 1989), 122–32. Other descriptions can be found in Martin Grabmann, “Studien über den Averroisten Taddeo de Parma (ca. 1320),” in *Mélanges Mandonnet*, 2 vols., Bibliothèque Thomiste 14 (Paris, 1930), 2:331–52, esp. 333–37, reprinted in M. Grabmann, *Mittelalterliches Geistesleben*, vol. 2. (Munich, 1936), 239–60, (see 241–45 for the section dealing with our manuscript); Charles Ermatinger, “Notes on Some Early Fourteenth Century Scholastic Philosophers,” *Manuscripta* 3 (1959), 155–68; and, finally, in Paul Oskar Kristeller, *Iter italicum*, vol. 1 (London and Leiden, 1965), 161–62. Sections of Maino’s *questio* have been transcribed by Zdzisław Kuksewicz in his “Maino of Milan, a Fourteenth Century Parisian Averroist,” *Medioevo* 31 (2006). These transcriptions are found in nn. 51–54 and 58 of that article, and they correspond to sections <107> to part of <109>, and part of section <112> of the edition, respectively.

The text of Maino’s *questio* on fols. 96ra–99ra is of high quality, containing very few mistakes. Accordingly, I have made few editorial changes. Scribal self-corrections are not included in the apparatus. I have observed the usual conventions regarding orthography, punctuation, the capitalization of proper names (including “Philosophus” and “Commentator”) and the italicization of titles. Maino follows the practice common in his day of referring to the major and minor premises of arguments as “a” and “b,” respectively. I have systematically substituted for these the more usual “maior” and “minor,” respectively. The division of the question into paragraphs follows that suggested in the codex by means of *pieds de mouche*. All references to Averroes’s commentaries on Aristotle, save those on the *De anima* and the *De caelo*, are to the *editio Juntina secunda*, Venice, 1562, identified by volume in the notes.

⟨QUESTIONES DE SUBSTANTIA ORBIS⟩

⟨QUESTIO UTRUM EX NIHILO POSSIT ALIQUID FIERI⟩

- 5      ⟨1⟩ Arguitur primo quod sic. Agens infinite virtutis potest aliquid ex nihilo facere. Sed Deus gloriosus est huiusmodi. Ideo etc. Maior nota, quoniam agens infinitum in qualitate actionis potest aliquid producere ex infinita distantia que est inter ens et nihil. Et minor probatur primo ex intentione Aristotelis VIII *Physicorum*. Probat enim Aristoteles<sup>1</sup> quod primum principium non sit virtus in magnitudine. Et est vicinum sue rationis, quoniam in magnitudine finita non est virtus infinita.<sup>2</sup> Aut igitur intellexit de infinitate vigoris, aut de infinitate durationis. Non est dicere quod intellexerit de infinitate durationis, quoniam falsum diceret. Nam virtus celi est infinita duratione et tamen est in magnitudine finita; celum enim habet magnitudinem finitam. Non igitur intellexit de infinitate durationis. Intellexit igitur de infinitate vigoris. Primum igitur principium est infiniti vigoris.
- 10      ⟨2⟩ Idem videtur velle Commentator I *Celi*, ubi Aristoteles<sup>3</sup> probat quod corpus infinitum non potest movere corpus finitum. Unde Commentator<sup>4</sup> exponens dicit sic: “Iam enim declaratum est quod primum principium movet tempore infinito, quia utilitas huius motionis ⟨est⟩ continuatio et perpetuitas essendi, et concludit quapropter necesse est ut sit infinitum. Sed tamen declaratum est quod impossibile est ut tale movens sit corpus, quoniam moveret in non tempore.” Et idem Aristoteles<sup>5</sup> innuit VIII *Physicorum*. Et ex hoc est manifestum, quod primum habet vigorem infinitum. Nam si non haberet vigorem infinitum, dato quod poneretur corpus sive virtus in corpore, nunquam moveret in instanti; cum igitur Commentator dicat quod si primum esse virtus in corpore moveret in instanti, oportet quod sua virtus excedat virtutem mobilis in infinitum, ita quod nulla sit proportio.

96ra

Medieval Studies 81

<sup>1</sup> Aristoteles, *Physica* 8.10 (266a10–267b26).

<sup>2</sup> Ibid. (266a24–b6).

<sup>3</sup> Aristoteles, *De caelo et mundo* 1.7 (275a14–275b3).

<sup>4</sup> *Commentum super I De celo*, comm. 65 (ed. Francis James Carmody and Rüdiger Arnzen, *Averrois Cordubensis Commentum magnum super libro De celo et mundo Aristotelis*, Recherches de Théologie et Philosophie médiévales, Bibliotheca 4 [Leuven, 2003], 128.68–72).

<sup>5</sup> Cf. Aristoteles, *Physica* 8.10 (266a10–267b26).

30        (3) Et hoc idem videtur intendere Commentator<sup>6</sup> in fine VII *Physicorum*  
 ubi expresse vult quod inter motorem et mobile, dico motorem abstractum,  
 nulla est proportio, et si aliquis eorum esset virtus in materia, moveret in  
 instanti. Videtur ergo quod primum principium sit infinitum in vigore  
 secundum intentionem Commentatoris.

35        (4) Idem videtur velle Commentator<sup>7</sup> in XII *Metaphysice* illa disgres-  
 sione Iohannes Grammaticus, ubi expresse dicit Commentator quod celum  
 habet motorem appropriatum a quo finis motus habet velocitatem determi-  
 natam, et est anima que est in orbe, ut ipse dicit, et habet motorem a quo  
 habet eternitatem, et est motor abstractus, nam si iste motor primus move-  
 40        ret immediate, ille motus esset in instanti, ut dicit ibi Commentator, et  
 loquitur de prima causa. Ecce quomodo vult expresse quod primum princi-  
 pium sit infinitum in vigore et habeat potentiam infinitam. Poterit igitur  
 aliquid producere ex infinita distantia. Et sic ex nihilo poterit aliquid fa-  
 cere.

45        (5) Et confirmo quod primum principium sit infinitum in qualitate actio-  
 nis, quoniam quod est illimitatum ad perfectiones generales et specificas  
 videtur esse infinitum in perfectione et vigore, nam si esset finitum, esset  
 limitatum ad perfectiones aliquas determinatas, ita quod non haberet alias.  
 Quod ergo in se illimitatum est ad omnem perfectionem generabilem et  
 specificam, tale videtur esse infinite perfectionis et per consequens infiniti  
 50        vigoris. Sed minor probatur, quia illa essentia que una existens includit  
 quicquid perfectionis simpliciter est in quocumque genere vel specie, talis  
 essentia est illimitata et per consequens infinite perfectionis. Deus enim  
 per suam simplicem essentiam est sciens et iustus et volens et omnia illa  
 que important perfectionem simpliciter.

55        (6) Amplius, probo per aliam rationem quod primum sit infiniti vigoris,  
 quia sicut se habet agens particulare equivocum ad finem sui particularis  
 effectus, sic se habet agens universale equivocum ad limitationem omnem  
 vel possibilem in quocumque effectus. Sed agens particulare equivocum  
 excedit finitatem sui effectus, et quoad hoc potest dici aliquo modo infinitum  
 60        secundum quid, quia non clauditur infra limites sui effectus sicut agens  
 univocum. Ergo similiter, Deus, qui est agens universale equivocum, ex-  
 cedit similiter omnem finitatem, si est possibile in quacumque etc., quare

<sup>6</sup> Averroes, *In VII Phys.*, comm. 35 (vol. IV, fol. 335D).

<sup>7</sup> Averroes, *In XII Metaph.*, comm. 41 (vol. VIII, fol. 324BF).

potest dici simpliciter infinitus, quia non clauditur infra quodcumque genus vel speciem alicuius generis.

65     (7) Amplius, adduco aliam rationem ad idem. Deus potest producere infinita in actu, vel successive. Ergo Deus est infinitus in vigore. Antecedens probatur. Nam si mundus est eternus, infinita producet, successive saltem. Et dato quod non sit eternus in rei veritate, tamen dicunt doctores nostre legis quod Deus potest conservare mundum in infinitum. Deus ergo potest  
70 infinita producere successive, et in hoc probata est maior, quoniam maior causat quamdam disiunctivam, et ad veritatem disiunctive sufficit alteram partem esse veram. Consequentiam ostendo. Nam si Deus produceret infinita in actu, nulli dubium quod esset infiniti vigoris, quoniam agens quod simul potest plura producere est maioris vigoris. Ergo si inveniatur agens  
75 quod possit infinita producere, illud est infiniti vigoris. Supposito etiam quod solum possit infinita producere in potentia, adhuc erit infiniti vigoris.

(8) Et ad evidentiam huius, notandum est quod “aliquod agens producere multa successive” potest dupliciter intelligi. Uno modo quod adveniente secundo cadat primum a sua causalitate, et sic consequenter. Et illo  
80 modo per “producere infinita in potentia” non possemus arguere agens habere vigorem infinitam, sed bene possemus arguere eum habere durationem infinitam, et illo modo celum est causa istorum successive, sic quod advenientibus posterioribus priora remaneant sub sua causalitate et sic “posse in plura” requirit maiorem vigorem et “in infinita” infinitum vigorem. Nam simile iudicium est acsi infinita produceret in actu quantum  
85 ad vigorem. Sed virtus vel potentia Dei est huiusmodi. Deus enim, si mundus est eternus, producet successive infinitas animas intellectivas, vel saltem posset secundum fidem nostram, et omnes iste remanebunt sub sua causalitate, quoniam erunt eterne. Ideo etc.

90     (9) Eodem modo, secundum fidem nostram Deus posset producere successive infinitos bonos et omnes istos conservaret in esse in eternum secundum quod generabuntur, et sic producet infinita successive, ita quod ultimo adveniente precedens non cadet a sua causalitate. Sed si quis posset probare quod Deus posset infinita secundum actum | producere physice  
95 loquendo, tunc esset ratio efficax. Sic igitur videtur quod primum sit infiniti vigoris et rationibus et auctoritatibus. Poterit igitur aliquid producere ex infinita distantia et sic ex nihilo.

63 infinitus] infinitum *cod.*

89 erunt] erant *cod.*

100 <10> Item, probatio Aristotelis<sup>8</sup> quod primum sit infiniti vigoris, quia motus potest velocitari in infinitum, ut patet VIII *Physicorum*. Ergo oportet esse virtutem que sit nata illam velocitatem producere et illa esset infinita in vigore.

105 <11> Preterea, virtus que continet independenter simul infinitum effectum est infinita. Sed Deus benedictus est huiusmodi. Ideo etc. Maior nota, quia effectus continetur in causa eminentiori modo vel formaliter. Et minor est manifesta, quoniam secundum intentionem Aristotelis infiniti effectus producentur in futuro et producti sunt, quos omnes continet in virtute prima causa et virtutes secundorum agentium. Ergo etc.

110 <12> Item, dicit Aristoteles,<sup>9</sup> I *Politicorum*, quod finis est appetibilis in infinitum. Sed Deus est finis. Ergo est appetibilis in infinitum. Ergo est infinitus, quia aliter esset appetitus frustra.

115 <13> Amplius, aut Deus est finitus, aut infinitus. Non finitus, quia tunc Deus haberet finem, quod est impossibile. Nam omne finitum habet finem et sic esset compositus ex fine et habente finem, et per consequens in genere, quod est falsum, quia est actus purus et tale non est in genere. Sic probant aliqui Deum esse infiniti vigoris.

<14> Item, quod primum sit infiniti vigoris. Actus non productus ad aliud, non ordinatus in alio, non receptus, nec aliquid aliud recipiens est infinitus in vigore. Deus est huiusmodi. Ideo etc.

120 <15> Amplius, totum ens est factum. Aut ergo ex aliquo, aut ex nihilo. Non ex aliquo passive, quoniam ante totum ens esset aliquod ens preter Deum, quod est falsum. Deus igitur, si produxit totum ens et non ex aliquo, ut probabo, relinquitur quod ex nihilo. Quod autem Deus produxit totum ens, dicit Commentator<sup>10</sup> in illo libro *De substantia orbis*. Dicit enim Commentator quod illi falsum dicunt qui dicunt unam causam moventem  
125 et non agentem, nam movens totum est agens totum, ut ipse dicit. Deus igitur est agens totum et non ex aliquo, quoniam non esset totum. Ergo ex nihilo.

---

99 VIII] VII *cod.*

<sup>8</sup> Cf. Aristoteles, *Physica* 8.10 (266b16–20).

<sup>9</sup> Cf. Aristoteles, *Politica* 1.9 (1257b25–26).

<sup>10</sup> Averroes, *De substantia orbis* 2 (vol. IX, fol. 7A).



130 <16> Amplius, probo quod totum ens sit factum a Deo, quoniam quod  
 sibi <de>relictum est non ens ex se non habet necesse esse. Nam si ex se  
 esset necesse esse, sibi derelictum esset ens, ut videtur manifestum consi-  
 deranti. Sed totum ens citra Deum derelictum sibi est non ens. Totum ergo  
 ens est ab alio.

135 <17> Amplius, Deus est omnia potens. Credimus enim in Deum omni-  
 potentem. Potest igitur aliquid producere. Immo videretur quod esset ali-  
 qua diminutio in Deo si non posset aliquid facere, quoniam illa est quedam  
 perfectio, et si sibi deficeret, esset diminutus.

140 <18> Amplius, materia est aliquid productum, sed non est producta ex  
 aliquo. Ergo etc. Maior est manifesta, quia omne quod non habet causam  
 agentem est de se necesse esse, circumscripto quolibet alio, quia sicut nihil  
 potest incipere esse nisi per aliquod agens quod educit ipsum de potentia  
 ad actum et de non esse ad esse, ita nihil potest desinere esse nisi per ali-  
 quod agens deducens ipsum de esse ad non esse. Et sic omne quod non  
 habet causam agentem de se est necesse esse omni alio circumscripto. Sed  
 materia non est de se necesse esse omni alio circumscripto, quia de se non  
 potest esse sine forma, quare etc.

145 <19> Amplius, quod ordinatur per se ad finem dependentem ab agente  
 dependet ab agente, quia illud quod est ad finem non potest minus depen-  
 dere ab agente quam finis. Nam cum illud quod est ad finem dependet a  
 fine, a quocumque dependet finis, et illud quod est ad finem. Sed materia  
 150 ordinatur per se ad formam sicut ad finem, ut patet II *Physicorum*.<sup>11</sup> Ergo  
 cum omnis forma materialis dependeat ab agente, et materia dependebit ab  
 agente.

155 <20> Amplius, accidens potest generari distincte a subiecto. Ergo fiet ex  
 nihilo. Consequentia est manifesta, quia accidens est simplex. Et an-  
 tecedens probatur, quoniam sicut res potest esse, sic et generari. Sed acci-  
 dens potest esse sine subiecto, ut patet in sacramento, ergo et generari, et  
 illa ratio est probabilis quoquo modo.

<21> Et confirmo quod accidens possit esse sine subiecto, quia illa se ha-  
 bent per ordinem: esse, intelligere, et significare. Sed accidens potest

---

146–47 dependentem . . . ad finem *iter. cod.*

---

<sup>11</sup> Aristoteles, *Physica* 2.2 (194a27–b8).

160 significari sine subiecto, ergo et intelligi, et per consequens esse. Sic ergo  
et generari, et tunc generabitur ex nihilo.

(22) Amplius, illa tria agentia sunt ordinata: agens artificiale, naturale, et  
supernaturale, ita quod unum agens est perfectius alio, et unum minus de-  
bet supponere in sua actione quam alterum. Videmus autem quod agens  
165 artificiale supponit ens actu in sui actione et ens pura potentia supponitur  
ab agente naturali. Ergo agens supernaturale, scilicet Deus ipse, debet mi-  
nus supponere. Sed minus quam pura potentia est nihil. Ideo etc.

(23) Et confirmo. Nulla causa in sui actione supponit suum effectum, et  
est manifestum. Sed materia est effectus primi principii, quoniam Deus est  
170 causa omnium. Ideo etc.

(24) Amplius, quoddam ens fit ex quodam non ente, ut patet I *Physico-*  
*rum*.<sup>12</sup> Nam album fit ex hoc non albo quod est nigrum. Ergo ens simplici-  
ter fiet ex non ente simpliciter, et sic ex nihilo fit aliquid.

(25) Oppositum est Commentator in illo libro et Aristoteles I *Physico-*  
175 *rum*.<sup>13</sup> In hoc enim concordaverunt omnes qui de natura ⟨locuti sunt⟩ quod  
ex nihilo nihil fit.

(26) De illa questione sunt due vie extreme. Una est que attribuitur  
Anaxagore. Oppinabat enim iste quod generatio non est nisi de occulto  
formarum ita quod in qualibet portione materie erant omnes forme quam-  
180 vis occulte, et ideo iste videbatur negare generationem.

(27) Alia opinio est quod generatio est omnium rerum et quod talis ge-  
neratio est ex nihilo omnino, et ista est opinio Christianorum et Platonis et  
multorum aliorum.

(28) Sed opinio Anaxagore est impossibilis, quoniam secundum inten-  
185 tionem istius viri omnia erant eterna, quia illud cuius forma est eterna est  
eternum, nam corruptio non est nisi destructio forme in materia. Sed  
secundum istum omnes forme erant eterne in materia et in qualibet por-  
tione materie. Illud autem est eternum cuius forma est eterna, immo iam  
sequeretur quod in aliqua portione materie essent infinite, quia infinita  
190 sunt que generari possunt ex illa portione materie, et tamen omnes ille  
forme preexisterent in materia. Ergo in hac portione materie essent simul  
infinite forme et infinite forme substantiales, quoniam infinita individua de

<sup>12</sup> Aristoteles, *Physica* 1.8 (191b13–15).

<sup>13</sup> Cf. Averroes, *De substantia orbis* 1 (vol. IX, fol. 3vI); Aristoteles, *Physica* 1.8 (191b13–14).

genere substantie ex tali materia poterunt generari. Omnes igitur iste forme preexistent in materia et sic unum ens erit infinita entia.

195     (29) Amplius, quando generabitur hoc individuum, queram quid sit eductum de potentia materie, utrum aliquid aut nihil. Si nihil, ergo nihil est generatum; si aliquid, ergo illud non preexistebat, et ideo illa opinio negat generationem et corruptionem formarum materialium, quod est absurdum, quoniam materia est per quam res potest esse et non esse, ut patet I *Celi*,  
200     VII *Metaphysice* et I *Physicorum*.<sup>14</sup>

          (30) Alia est opinio | quam sustinent tres leges, ut dicit Commentator I *Celi*,<sup>15</sup> et est quod aliquid fit ex nihilo, et est opinio attributa Platoni, nam videtur sequi ad dicta ab eo. Ponebat enim Plato quod materia et privatio sunt unum et idem, ut habet videri I *Physicorum* circa finem.<sup>16</sup> Si igitur  
205     ponebat aliquid fieri ex materia, cum materia sit pura privatio secundum eum et privatio est non ens simpliciter, aliquid fiet ex nihilo. Tamen Commentator dicit I *Celi*,<sup>17</sup> ubi improbat dicentes mundum generatum et non corruptum, quod illa opinio est adeo extra naturam et “impossibilis et inopinabilis,” scilicet quod aliquid fiat ex nihilo, quod nullus antiquorum  
210     eam posuit et forte Plato non posuit eam ex intentione sed sequebatur ad dicta eius. Dicebat<sup>18</sup> enim quod materia et privatio erant idem, ut patet I *Physicorum*, et probabat<sup>19</sup> Plato suam positionem sic: dicit “quod est preter ens est non ens, sed materia est preter ens. Ideo etc.” Maior nota. Minor ostenditur, quia materia non est quid nec quale nec quantum, et sic de aliis  
215     categoriis. Ideo etc.

          (31) Amplius, credebat<sup>20</sup> Plato quod materia et privatio erant idem, quia sunt coniuncta secundum subiectum. Arguebat enim: que sunt idem subiecto sunt idem simpliciter.<sup>21</sup>

220     (32) Sed illa opinio Platonis in hoc quod ponit materiam esse idem privationi, est falsa et impossibilis, quod probo. Nam illa non sunt idem es-

<sup>14</sup> Aristoteles, *De caelo et mundo* 1.12 (283b4–5). Cf. *Auctoritates Aristotelis*, ed. Jacqueline Hamesse, *Philosophes Médiévaux* 17 (Louvain/Paris, 1974), 162 (39); *Metaphysica* 7.7 (1032a20–22). Cf. *Auctoritates Aristotelis*, 129 (170). Cf. Aristoteles, *Physica* 1.9 (192a25–34).

<sup>15</sup> *Commentum super I De celo*, comm. 102 (ed. Carmody & Arnzen, 196.46–48).

<sup>16</sup> Cf. Averroes, *In I Phys.*, comm. 66 (vol. IV, fol. 39FG).

<sup>17</sup> *Commentum super I De celo*, comm. 102 (ed. Carmody & Arnzen, 204.76).

<sup>18</sup> Cf. Averroes, *In I Phys.*, comm. 66 (vol. IV, fol. 39FG).

<sup>19</sup> Cf. *Ibid.*, comm. 30 (vol. IV, fol. 20E).

<sup>20</sup> Cf. *Ibid.*, comm. 66 (vol. IV, fol. 39FG).

<sup>21</sup> Cf. *Ibid.*

96va

225 sentialiter quorum unum corrumpitur quantum ad id quod est, reliquo remanente. Sed materia non corrumpitur, ut probatum est I *Physicorum*,<sup>22</sup> saltem quantum ad suam essentiam. Sed privatio corrumpitur quantum ad id quod est, nam privatio est ut terminus a quo in generatione; sed materia est ut subiectum; sed terminus a quo incipit motus semper corrumpitur et terminus ad quem generatur et subiectum remanet in utroque terminorum transmutationis. Ideo etc.

230 <33> Amplius, nos dicimus quod materia appetit formam ut turpe bonum et femina masculum, ut patet I *Physicorum*.<sup>23</sup> Sed privatio semper imaginatur ad maleficium, ut patet in eodem primo.

<34> Rationes eius non valent. “Quod est preter ens est non ens” (<30>) verum est si sit preter ens universaliter. Sed materia non est preter ens universaliter, sed solum preter ens actu. Unde non substantia actu nec qualitas, et sic de aliis, sed omnia hec in potentia.

235 <35> Ad aliam (<31>) dico quod illa que sunt idem subiecto non oportet quod sint idem secundum essentiam, quoniam nos videmus quod omnia predicamenta sunt idem subiecto et tamen non sunt idem essentialiter.

240 <36> Tamen lex nostra ponit quod aliquid fit ex nihilo, non per illum modum qui imponitur Platoni. Non enim ponit fides quod materia sit idem privationi. Dicunt tamen quod materia producta est et non ex aliquo, et eodem modo celum. Nec est intelligendum “ex nihilo” ut “ex subiecto” ita quod nihil recipiat aliquid, quoniam hoc implicaret contradictionem. Nec est intelligendum “ex nihilo” ita quod li “ex” dicat aliquem ordinem nihili ad aliquid, quo modo nos dicimus quod ex mane fit meridies et ex puero fit senes, quoniam tunc sequeretur quod nihil prederet natura vel tempore aliquid, quod falsum est. Si enim ponamus quod omnia sunt facta ab eterno a prima causa ex nihilo, tunc est manifestum quod nihil non prederet aliquid secundum tempus. Si autem dicas quod nihil prederet natura, quia productum ex sua natura primo est nihil quam aliquid, istud est impossibile, quia quod inest alicui ex se et ex natura naturam non destruit. Sed esse nihil et non ens naturam rei tollit, et ideo nihil debet dici non ens ex se. Cum igitur dicimus aliquid fieri ex nihilo, intendimus “ex nihilo,” id est “non ex aliquo” sive “nullo presupposito,” nec est intelligendum quod li “ex” dicat ordinem naturalem nec temporalem, ut est manifestum presupposito quod illa productio fuerit ab eterno. Et dato quod illa productio fuerit

245

250

255

<sup>22</sup> Aristoteles, *Physica* 1.9 (192a27–31).

<sup>23</sup> Ibid. (192a22–23).

de novo, adhuc li “ex” non dicit ordinem naturalem, nec temporalem. Quod non naturalem ostensum est primo, et eodem modo potest modo ostendi.

260 <37> Quod etiam non temporalem ostendo. Quia dato quod illa productio fuerit de novo, ut ponit fides, tamen potuit esse ab eterno. Ergo non est necessarium quod li “ex” dicat ordinem temporis, quia si hoc esset necessarium, illa productio non potuisset fuisse ab eterno, quod tamen negant fideles. Etiam dato quod fuerit de novo, tamen ante productionem illam non fuit tempus, et ideo inter nihil et aliquid non fuit proprie prioritas temporis.

265 <38> Etiam est notandum quod non intendunt isti quod aliquid fiat ex nihilo presupposito ex parte facti per motum et transmutationem, sed solum per quamdam simplicem emanationem, quam ipsi vocant creationem. Quidam autem philosophorum dixerunt hinc fuisse ab eterno, ut imponitur  
270 Avicenne, et quidam legis nostre ponunt hoc fuisse possibile. Alii dicunt quod illa creatio fuit de novo et non ab eterno.

<39> Sed illi qui ponunt creationem fuisse ab eterno sive posse fuisse, habent difficile contra se, quoniam hoc videtur implicare contradictionem. Que autem implicant contradictionem Deus facere non potest, ut istimet  
275 confitentur.

<40> Sed probo quod hoc implicat contradictionem. Nam illa creatio sive productio nullo presupposito quam ponis ab eterno habuit aliquam mensuram. Aut igitur mensura fuit instans, aut tempus. Si dicas quod mensura productionis istius fuerit tempus, ergo oportet quod prius tempore sit creatio illa et creans ipsum quam res creata et producta, et tunc sequitur quod  
280 creatum non fuit ab eterno. Si autem dicas quod illa productio mensuratur instanti, accipiam illud instans et instans in quo sum modo et dicam inter quelibet duo instantia est tempus finitum. Ergo est tempus finitum in quo res producte inceperunt esse, quod tamen est contra positum. Dicunt enim  
285 illud productum esse productum ab eterno et illa ratio probat quod nihil potuerit esse productum ab eterno, nec ex aliquo nec ex nihilo.

<41> Amplius, confirmo rationem factam: aut productio illa quam ponis ab eterno est simul cum re producta ita quod verum est dicere quod res simul fit et facta est, aut prius duratione fit et posterius facta. Si dicas quod  
290 prius duratione fit et posterius facta est, ergo non fuit eterna illa res producta, cuius oppositum concedunt. Si simul fit et facta est, aut hoc est ve-

---

288 eterno] externo *cod.*      288–89 simul *iter. cod.*

rum pro quolibet instanti, aut pro uno tantum. Si pro quolibet instanti, ergo  
 verum est dicere modo in hoc instanti de eo quod ab eterno est productum  
 quod in hoc instanti producitur et productum est, quod videtur falsum, nam  
 295 quod est ab eterno productum non modo producitur, ut videtur. Si autem  
 dicas quod hoc habet verum pro aliquo instanti precise, queram de illo  
 instanti, quoniam illud instans comparatum ad quodlibet posterius includit  
 tempus finitum. Ergo tempus durationis illius rei non fuit infinitum, et per  
 consequens illa res ab eterno non fuit producta, et ille rationes probant  
 300 nihil esse productum ab eterno, nec ex aliquo nec ex nihilo, et ideo forte  
 iste rationes concludunt plus quam debent. Non enim forsitan est impos-  
 sibile aliquid esse productum ab eterno, sicut lumen in medio ab eterno  
 productum est, supposito quod corpus luminosum fuerit eternum, et ideo  
 quia iste rationes forte plus probant, ideo bonum est eas dissolvere.

305 (42) Quidam tamen hoc simpliciter credunt esse impossibile, scilicet  
 quod aliquid sit productum ab eterno, quoniam Aristoteles<sup>24</sup> in XII *Meta-*  
*physice* dicit quod cause efficientes velut prius | existentes facte sunt, que  
 vero ut ratio, simul. Videtur ergo velle quod causa efficiens sit prius facto,  
 nec potest exponi de prioritare nature solum et non temporis, quoniam hoc  
 310 est contra intentionem Aristotelis. Nam dicit ibi Aristoteles “que vero ut  
 ratio, simul,” id est causa formalis est simul. Modo certum est quod causa  
 formalis etiam est prius natura creato. Non ergo in hoc est differentia inter  
 causam efficientem et formalem. Quando igitur dixit quod “cause effi-  
 cientes velut prius sunt etc.,” videtur intendere quod sunt prius tempore;  
 315 “que vero ut ratio, simul,” videtur intendere quod causa formalis est simul  
 tempore, et in hoc differunt efficiens et forma. Nullum ergo est efficiens  
 ab eterno. Etiam Aristoteles ubicumque describit<sup>25</sup> causam efficientem  
 semper dicit quod est unde principium motus. Sed omne tale efficiens  
 precedit factum tempore, quoniam omnis motus tempore mensuratur et si  
 320 ita esset, rationes facte superius essent pro illa positione, nec oporteret eas  
 dissolvere.

---

318 unde] unum *cod.*

<sup>24</sup> Aristoteles, *Metaphysica* 12.3 (1070a21–22).

<sup>25</sup> Cf. Aristoteles, *De generatione et corruptione* 1.7 (324b13–14); *Metaphysica* 1.3 (983a30); *Physica* 2.3 (194b29–32).

325 (43) Sed sine dubio hoc ego non bene video, quoniam certum est quod  
 motus primus est eternus secundum Aristotelem et est probatum VIII *Phy-*  
*sicorum*,<sup>26</sup> et certum est quod ab eterno habuit causam efficientem, quo-  
 niam motus ex se non habet esse, sed ab alio. Et eodem modo illuminatio  
 diaphani illa est ab eterno, et certum est quod habet causam efficientem. Et  
 eodem modo lumen in diaphano ab eterno et ab eterno habuit causam  
 efficientem. Et ideo dicere quod causa efficiens de necessitate sit prius  
 tempore facto, hoc non video, sed bene verum est quod in hiis que sunt  
 330 facta per motum et transmutationem divisibilem tempore mensurabilem  
 oportet quod efficiens sit prius tempore facta re, quoniam res facta in tem-  
 pore mensurante motum per quem fit adhuc non habet esse, sed efficiens  
 in toto illo tempore habet esse. Efficiens igitur in talibus prius est tempore  
 re facta.

335 (44) Ad auctoritatem XII *Metaphysice* “cause efficientes velut prius  
 etc.” ((42)) dico quod est dictum ab Aristotele pro tanto, quoniam cause  
 efficientes prius sunt naturaliter et causa hec non est efficiens aliquid in-  
 trinsecum rei facte, sed “causa formalis est simul,” id est intrinseca rei  
 facte, sic potest exponi quod quando Aristoteles dicit “efficiens est unde  
 340 principium motus,” accipitur motus large pro quacumque transmutatione  
 tam divisibili quam indivisibili. Et tu dicis “Aristoteles videtur velle VIII  
*Physicorum* quod omnem transmutationem indivisibilem precedit transmu-  
 tatio divisibilis.” Dicam quod verum est de hiis que sunt de novo. Si autem  
 sunt ab eterno, non oportet, sicut est illuminatio, nam illuminatio diaphani  
 345 est effectus quem sol ab eterno produxit et talis effectus esset etiam pro-  
 ductio entium si fuit ab eterno, secundum intentionem plurium philosopho-  
 rum. Unde etiam Aristoteles in VIII *Physicorum* dicit<sup>27</sup> quod nihil prohibet  
 quorundam eternorum esse alteram causam et videtur loqui de causa effi-  
 ciente.

350 (45) Unde non bene video quin movens ab eterno fuerit causa produc-  
 tiva motus si motus fuit eternus, quia nulli dubium quod motus quantum  
 ad se totum habet causam efficientem. Est enim eiusdem rationis in toto et  
 in parte. Et eodem modo illuminatio quam facit sol in medio diaphano si  
 est eterna habuit ab eterno causam efficientem, quia illuminatio eiusdem  
 355 nature est in toto et in parte, et ideo si in parte habet causam efficientem,

<sup>26</sup> Aristoteles, *Physica* 8.6 (259b32–260a1).

<sup>27</sup> Ibid. (259a7–8; 260a1). Cf. Averroes, *In VIII Phys.*, comm. 48 (vol. IV, fol. 389AC).

ut omnes concedunt, sequitur utique quod et tota illuminatio ab eterno habebit causam efficientem. Et supposito quod sol ab eterno quievisset et diaphanum idem fuisset, certum est quod illuminatio fuisset eadem numero, sicut motus primus est idem numero et illa illuminatio indivisibilis est nulli dubium. Et ideo credo quod in accidentibus non sit impossibile aliquod eternum unum numero habere causam efficientem, sed in substantiis forte esset impossibile, et hoc innuit Commentator in XII *Metaphysice* in illo loco “Iohannes Grammaticus.”<sup>28</sup> Et posset assignari ratio. Nam omnis substantia eterna ex se necesse est. Sed quod ab alio habet esse ex se non est necesse. Substantia igitur eterna ex se esset necessaria et tamen ab alio haberet perpetuitatem et necessitatem, quod est impossibile, ut patet in fine primi *Celi et Mundi*.<sup>29</sup> Quod enim ex se est possibile ab alio perpetuari non potest si sit substantia.

(46) Et tu dices: “Eodem modo dicam de accidentibus sic arguendo: omne accidens eternum ex se est necesse et per consequens ab alio non habet esse.” Ego dico quod accidens eternum si sit permanens, ex se necesse est esse, et ideo propositio habet veritatem in omnibus permanentibus sive sint substantie sive accidentia, nam talium entitas non est in fieri et ideo si eterna sunt ex se, sunt necessaria et ab alio non habent esse sed de accidentibus successivis. Dico quod non est verum quod omne eternum ex se sit necessarium nisi isto modo quod non est principium positivum ad corruptionem, sed nihilominus, quia suum esse est in fieri, dependet ab agente et eodem modo illa quorum esse suum est in agi, sicut illuminatio diaphani. Tota igitur causa quare substantie non possunt esse necessarie et habere esse effective ab alio est quia suum esse est permanens et non in fieri nec in agi, et ideo si poneres substantiam cuius esse est permanens et non in fieri nec in agi esse ab alio effective, ab alio oporteret quod haberet esse prius non esse secundum tempus. Sed vel oporteret dicere quod substantia toto eterno est in fieri vel in produci, et sic suum esse non esset de numero permanentium, quod videtur falsum, quoniam esse cuiuslibet substantie est permanens; etiam cum esse substantiarum sit permanens, si po-

---

365 ex se] non *add. cod.*

---

<sup>28</sup> Cf. *In XII Metaph.*, comm. 41 (vol. VIII, fol. 324B).

<sup>29</sup> Aristoteles, *De caelo et mundo* 1.12 (284a4–7).



neremus aliquam substantiam esse effective ab alio, hoc non esset propter aliud, nisi quia in se haberet possibilitatem ad non esse, et ideo ab alio reduceretur ad esse, et per consequens illa potentia ad non esse esset otiosa  
 390 tempore infinito, quia nunquam reduceretur ad actum si illud est eternum. Sumus igitur inter duo: vel dicere quod esse substantiarum non est permanens sed est in fieri vel in agi sicut esse motus et illuminationis medii diaphani, vel dicere quod non habet causam efficientem ab eterno. Quod enim aliquod eternum unum numero habeat causam efficientem, non est nisi  
 395 quia suum esse est in fieri, nam causa quare aliquid universaliter habet causam efficientem est vel quia habet potentiam ad non esse positivam, quod impossibile est reperi in aliquo eterno, quia illa esset otiosa tempore infinito, vel quia suum esse est in fieri vel in produci et illa causa invenitur in eternis, sicut patet de motu et illuminatione diaphani. Quod autem esse  
 400 substantiarum sit in produci vel in agi eo modo quo dicimus de motu vel de illuminatione diaphani, credo quod homo sani capitis non diceret.

⟨47⟩ Aliqui tamen volentes sequi verba legis propter consuetudinem dicunt quod in quolibet instanti temporis eterni verum est dicere substantiam produci et productam esse, sicut verum est dicere medium diaphanum  
 405 illuminari et illuminatum esse in quolibet instanti temporis, adhuc supposito quod corpus luminosum quievisse ab eterno et diaphanum esset eodem modo.

⟨48⟩ Sed illud non est bene rationale, ut videtur de substantia, quamvis posset sustineri de aliquibus accidentibus quorum esse est adeo debile  
 410 quod solum est in produci et in fieri. Cogita bonam determinationem ad probandum hoc esse impossibile, scilicet aliquam substantiam eternam in quolibet instanti produci et productam esse. Dicit enim adversarius quod esse substantiarum et omnium eternorum preter principium hoc modo est in produci sicut de illuminatione respectu diaphani.

⟨49⟩ Rationes autem que probant quod aliquod eternum non possit produci effective dissolvam, quia ego non puto hoc impossibile, saltem in  
 415 accidentibus quorum esse consistit in fieri et produci, sicut patet de illuminatione et de motu et accipio illuminationem gratia exempli. Quando ergo queris de mensura talis illuminationis (⟨40⟩), dico quo sicut illuminatio fuit ab eterno, sic etiam instans fuit eternum quod fuit mensura talis illuminationis, et si talis illuminatio fuit eadem numero toto eterno, quod  
 420 forsitan contingeret si sol ab eterno quievisset et diaphanum illuminatum, tunc enim illuminatio fuisset eadem numero et per consequens nunc quod est mensura talis illuminationis fuisset idem numero et esset nunc stans et  
 425 non fluens, quia nunc fluens non est possibile esse unum toto tempore

eterno, immo nunc fluens continue est aliud et aliud, et ideo si illuminatio est una et indivisibilis, nunc fluens non poterit esse mensura eius, sed erit nunc permanens quod quidem nunc potest coexistere toti tempori et pluribus partibus temporis. Si autem illuminatio sit alia et alia, tunc nunc mensurans erit aliud et aliud et tunc instans fluens erit mensura eius et sicut dico de illuminatione sic intelligo de omnibus aliis productionibus indivisibilibus si ponantur ab eterno. Si autem illa productio sit divisibilis, sicut est motus primus, tunc mensura eius erit totum tempus, quia productio illa durat toto tempore, quamvis hoc non sit proprie dictum, quia nullum infinitum proprie habet mensuram, et ideo motus primus qui est divisibilis cum sit infinitus proprie non habet mensuram. Nam sola finita sunt mensurabilia, et ideo si motus primus est mensurabilis, hoc est solum ratione suarum partium.

430  
440  
445  
450  
455

⟨50⟩ Ad secundam rationem (⟨41⟩) patet ex dictis. Volo enim quod in quolibet instanti temporis eterni verum est dicere quod medium illuminatur et illuminatum est et eodem modo de aliis productionibus si que ponantur ab eterno, sed quamvis hoc sit rei veritas, aliter loqui debemus, quia hoc non videmus in aliis productionibus; immo videmus quod prius res producitur et post habet productum esse, ita quod non est verum quod in quolibet instanti producitur et producta est, et ideo in illa productione eterna non est hoc dicendum, et dato quod ita sit sentiendum, sic ergo patet quomodo sustinere possumus aliquam productionem fuisse ab eterno physice loquendo, quoniam hoc non est impossibile, saltem in accidentibus et in accidentibus quorum esse est in successione quadam, sicut est motus, vel in accidentibus quorum esse est in agi et in produci, sicut illuminatio, sed in substantiis forsitan non est possibile physice loquendo etiam in accidentibus permanentibus, nec intelligo quod tales productiones quas pono ab eterno sunt nihilo presupposito sed sunt ex aliquo. Opinionem legis nostre que ponit quod ex nihilo fiat aliquid modo supradicto tam in substantiis quam in accidentibus non intendo improbare, quoniam virtus divina hoc potest indubitabiliter.

460

⟨51⟩ Sed ego dicam ad questionem quod diceret Aristoteles et Commentator eius quod ex nihilo nihil potest fieri, quod probare possumus rationibus Aristotelis I *Physicorum*,<sup>30</sup> quia omne quod fit est substantia vel accidens; sed accidens fit ex aliquo et substantia etiam. Ideo etc. Maior nota: substantia et accidens sufficienter dividunt ens. Et minor est mani-

<sup>30</sup> Cf. Aristoteles, *Physica* 1.8.

465 festa, nam accidentia fiunt ex aliquo, quia non habent esse nisi in aliquo, et ideo non fiunt nisi in aliquo, et ideo non fiunt nihilo presupposito, et patet inducendo; hoc idem patet in substantiis tam animatis quam inanimatis, tam perfectis quam imperfectis, quod omnes fiunt ex aliquo et non fiunt nihilo presupposito.

(52) Secunda ratio Aristotelis: omnia que fiunt vel fiunt transfiguratione vel compositione vel ablatione vel alteratione; sed omnia hec fiunt ex aliquo. Ideo etc. Maior et minor patent (vide Aristotelem I *Physicorum*).<sup>31</sup>

470 (53) Commentator<sup>32</sup> addit tres in eodem I *Physicorum*: prima est si aliquid fieret ex nihilo, tunc erit dare quod motus erit sine subiecto; hoc est impossibile, ergo et primum. Falsitas consequentis videtur nota et consequentia etiam, quia ponis aliquam factionem sive transmutationem sine subiecto. Sequitur etiam quod accidens erit sine subiecto, quoniam talis  
475 transmutatio quam ponis ex nihilo est accidens, ut videtur, et non habet subiectum in quo recipiatur. Non enim recipitur in agente, quia non est actio immanens, nec recipitur in forma producta sive reproducta, quoniam productio prior naturaliter et via generationis reproducta, et ideo res producta non potest esse eius subiectum, et ideo remanebit talis transmutatio  
480 et tale accidens sine subiecto, quod falsum est et impossibile, nam accidentia non sunt entia nisi quia entis, ut patet IV *Metaphysice* et in VII;<sup>33</sup> unde inherere physice loquendo ponitur de essentia accidentis.

(54) Amplius, sequitur sic dicendo quod transmutatio erit in nihilo et in privatione, quod est absurdum. Ponis enim quod nihil subicitur tali.

485 (55) Sequitur etiam: transmutatio non erit, quoniam destruis subiectum transmutationis et tamen erit transmutabile, ut res producta.

(56) Amplius, si aliquid fieret ex nihilo, aut per se, aut per accidens; non per se, quia illud ex quo fit aliquid per se manet in re producta et nihil non manet in aliquo etc.; nec per accidens, quia per accidens reducitur ad per se, et ideo oportebit ponere aliquid ex quo fiat per se, quod tamen non faciunt.  
490

(57) Dicunt tamen aliqui quod illud per accidens reducitur ad per se ex parte agentis, quia est dare per se agens, sed non ex parte subiecti.

<sup>31</sup> Aristoteles, *Physica* 1.7 (190b5–10).

<sup>32</sup> Averroes, *In I Phys.*, comm. 60 (vol. IV, fol. 35M–36E).

<sup>33</sup> Aristoteles, *Metaphysica* 4 (1007a20–1007b4); 7.1 (1028a32–33). Cf. *Auctoritates Aristotelis*, 128 (160).

495 <58> Contra, quia potentie active correspondet passiva, IX *Metaphy-*  
*sice*.<sup>34</sup> Sunt enim correlativa, et ideo si est dare causam activam et poten-  
 tiam activam, erit etiam dare potentiam passivam sibi correspondentem.  
 Unde quecumque potentia activa sit, sive per motum et transmutationem,  
 sive per simplicem emanationem, semper refertur ad potentiam passivam,  
 ut videtur, et ideo quocumque modo nunquam fiet aliquid ex nihilo; vel  
 500 oporteret dicere quod nihil haberet potentiam passivam, quod est falsum,  
 et hoc est ultimum ad quod potest deveniri in probando illam materiam  
 quod ex nihilo fiat aliquid, quoniam esset potentia activa sine passiva sibi  
 correspondente, quod videtur implicare contradictionem.

505 <59> Verum isti dicunt quod duplex est potentia passiva, scilicet subiec-  
 tiva et obiectiva; dicunt igitur quod isti potentie active que facit aliquid ex  
 nihilo correspondet potentia passiva, non quidem subiectiva et receptiva  
 sed magis obiectiva, et ita potentia passiva nihil aliud est nisi res possibilis  
 produci que nondum producta est.

510 <60> Sed semper est dubium, quia quando dicis res possibile produci, vel  
 istud possibile se tenet ex parte agentis et tunc est idem quod potentia ac-  
 tiva, vel se tenet ex parte facti seu fiendi et tunc istud possibile nihil est  
 ante rei productionem, quia non habet aliquod fundamentum et tunc se-  
 quitur quod nihil erit potentia passiva respectu potentie active, quod est  
 falsum.

515 <61> Est tamen intelligendum de modo secundum quem fit aliquid ex  
 aliquo tanquam ex subiecto et non ex nihilo; communiter enim dicitur et  
 bene quod ultimum subiectum ex quo fiunt omnia que fiunt est ens in po-  
 tentia | pura vel secundum (quod) est pura in sui natura, nam si tale subiec-  
 tum ultimum esset ens actu, sequeretur quod forme substantiales omnes  
 520 essent accidentales, nam forme accidentales recipiuntur in ente actu, ut pa-  
 tet a Commentatore in II *De anima* et forme substantiales in ente in pura  
 potentia, et ideo si materia esset ens actu, cum ipsa sit receptiva formarum  
 substantialium, sequitur quod forme substantiales erunt accidentales.

525 <62> Amplius, aut adveniente forma substantiali corrumperetur pre-  
 cedens in materia, aut non. Si non, ergo plures forme substantiales simul

---

509 possibile] possibilis *cod.*

---

<sup>34</sup> Cf. *Metaphysica* 5.13 (1021a14–16); *Auctoritates Aristotelis*, 126 (137).

erunt in materia, quod puto falsum. Et dico “in eadem portione materie,”  
 quia unum ens esset plura entia et oporteret quod precedens forma cor-  
 rumpatur, quia generatio unius est corruptio alterius, I *De generatione*.<sup>35</sup> Si  
 autem confitearis quod precedens corrumpitur, tunc remanebit sola materia  
 530 que est ens pura potentia et ideo illud ex quo fit aliquid est ens pura poten-  
 tia et dico “ex quo fit aliquid” tanquam ex subiecto ultimo.

(63) Sed secundum quod dicebatur superius Anaxagoras aliter opinatur.  
 Dicitur enim quod iste voluit quod omnes forme prexisterent in materia  
 ante earum generationem, sed latentur secundum quod diceremus si modi-  
 cum de auro esset mistum cum multo plumbo non appareret et tamen reali-  
 535 ter esset ibi, sicut imaginabat Anaxagoras. Unde generans secundum eum  
 non faciebat nisi deoccultare quod primo erat occultum. Et illa opinio ut  
 dictum fuit superius est impossibilis et superius improbata, nam illa poten-  
 tia destruit generationem et corruptionem in entibus. Ponit etiam infinitum  
 540 in actu, ut patet consideranti.

(64) Sed omissa illa opinione recitabo breviter aliam opinionem magis  
 novam que aliquo modo similis est opinioni Anaxagore. Opinatur<sup>36</sup> enim  
 iste quod forma quelibet materialis habet duplex esse, scilicet esse poten-  
 tiale et esse actuale. Dicit<sup>37</sup> autem quod ista esse sunt diversi modi ipsius  
 545 forme et non dicunt diversas res. Dicit<sup>38</sup> etiam quod istud esse potentiale  
 est de secunda specie qualitatis et esse actuale est de prima specie qualita-  
 tis et addit quod forma quantum ad utrumque esse tam actuale quam po-  
 tentiale differt essentialiter a materia. Unde dicit<sup>39</sup> iste quod sicut forma  
 sub esse actuali est aliud a materia et numerata contra materiam, sic etiam  
 550 quantum ad esse potentiale forma est aliud a materia et numerata contra  
 materiam. Opinatur<sup>40</sup> igitur iste quod forma quantum ad unum modum es-

---

541 breviter] naturam *add. cod.*

---

<sup>35</sup> Aristoteles, *De generatione et corruptione* 1.3 (318a23–25). Cf. *Auctoritates Aristotelis*, 167 (7).

<sup>36</sup> Iacobus de Viterbio, *Disputatio secunda de quolibet [=Quodl. II]*, q. 5 (ed. Eelcko Ypma [Würzburg, 1969], 70.385–86).

<sup>37</sup> *Ibid.* (70.387–88).

<sup>38</sup> *Ibid.* (79.691–94).

<sup>39</sup> *Ibid.* (71.403–8).

<sup>40</sup> *Ibid.* (76.570–73).

sendi preexistat in materia, scilicet sub esse potenciali ita quod forma sub illo modo essendi est una res distincta et numerata contra materiam, et quantum ad alium modum essendi forma generatur, scilicet quantum ad esse actuale. Materia enim secundum istum hominem quantum ad suam naturam immediate nihil potest recipere ab agente sed bene ab agente supernaturali, et ideo iste vocat materiam secundum se potentiam obedientialem.<sup>41</sup> Sed ab agente naturali secundum istum nihil recipitur nisi mediante potentia naturali que est de secunda specie qualitatis, et illa potentia naturalis nihil aliud est nisi met natura forme sub esse potenciali tantum. Fundamentum autem istius positionis ipse accipit ex quibusdam dictis Commentatoris et Simplicii in *Predicamentis*.<sup>42</sup> Nam Commentator, VIII *Metaphysice*,<sup>43</sup> ut dicit iste,<sup>44</sup> sic dicit: “Est ergo aliquod unum quod primo est in potentia et post transfertur de potentia in actum et talis translatio non largitur multitudinem sed perfectionem.” Et ex hoc plane patet quod generans formam non inducit in materia que primo non esset ibi realiter, sed solum inducit formam quantum ad istum modum essendi, scilicet quantum ad esse actuale. Si enim agens induceret formam quantum ad suam naturam, tunc generans largiretur multitudinem essentialium, quoniam largiretur naturam novam et rem novam que primo non erat, scilicet formam, cuius oppositum videtur dicere Commentator. Non enim largitur multitudinem sed perfectionem.

(65) Item,<sup>45</sup> in eodem VIII *Metaphysice*<sup>46</sup> Commentator distinguit de materia uno modo ut est potentia totum compositum et sic est idem quod genus et significatur nomine generis, alio modo ut est pars eius cuius est materia et hoc modo non significatur nomine generis nec predicatur de eo cuius est materia. Patet ergo quod materia uno modo idem est quod genus. Modo certum est quod genus significat aliquod compositum, et illud non erit nisi compositum ex materia prima et forma sub esse potenciali et illo modo materia est potentia totum compositum. Unde sicut est dare compo-

<sup>41</sup> Cf. Iacobus de Viterbio, *Quodl.* II, q. 5 (ed. Ypma, 69.334–35).

<sup>42</sup> Cf. *Simplicii magni doctoris scolia in praedicamenta Aristotelis*, (De qualitate), in Simplicius, *Commentaire sur les Catégories d’Aristote. Traduction de Guillaume de Moerbeke*, ed. Adriaan Pattin, *Corpus Latinum Commentariorum in Aristotelem Graecorum* 5/2 (Leiden, 1975), 331–36.

<sup>43</sup> Averroes, *In VIII Metaph.*, comm. 15 (vol. VIII, fol. 224A).

<sup>44</sup> Cf. Iacobus de Viterbio, *Quodl.* II, q. 5 (ed. Ypma, 72.444–46).

<sup>45</sup> *Ibid.* (74.493–507).

<sup>46</sup> Averroes, *In VIII Metaph.*, comm. 6 (vol. VIII, fol. 214IK).

situm in actu ex duobus principiis, scilicet ex materia et forma sub esse actuali, ita est dare compositum in potentia ex materia et forma sub esse potenciali.

585 (66) Item,<sup>47</sup> potentia et actus sunt differentie valde opposite et circueunt totum ens et quamlibet speciem entis, et ideo in qualibet specie entis erit potentia et actus. In forma igitur asini (accipio gratia exempli), erit potentia et actus, et sic erit dare asinum in potentia qui erit eiusdem speciei cum asino in actu; hoc autem non esset nisi asinus in potentia mihi denotaret aliud quam materiam solum, et ideo asinus in potentia dicit aliquem compositum ex materia et alia re et non est aliud nisi forma asini sub esse potenciali.

590 (67) Item,<sup>48</sup> esse potentiale est medium inter ens actu et non ens simpliciter, et ideo oportet quod participet naturam istorum, quia participat naturam extremorum. Modo nulli dubium quod illa differunt a materia, scilicet esse actuale et non esse simpliciter; ergo medium quod participet naturam istorum etiam differt a materia; esse ergo potentiale differret a materia, quod probandum erat.

595 (68) Item,<sup>49</sup> Commentator in XII dicit<sup>50</sup> quod opinio Aristotelis est quod verum agens quod fuit in potentia educitur ad actum et ista transmutatio aliquid aliter assimilatur creationi et aliquid aliter latitationi formarum. Creationi assimilatur, quia materia transfertur de potentia ad actum; latitationi assimilatur, quia illud quod fuit in potentia efficitur in actu. Ergo vult quod illudmet quod primo fuit sub esse potenciali post efficitur sub esse actuali; alias enim non assimilaretur latitationi, ut videtur. Et eodem moto iste fundat suam positionem in quibusdam dictis Simplicii<sup>51</sup> in *Predicamentis* in secunda specie qualitatis que est naturalis potentia, etc. Vide ibi Simplicium.

600 (69) Etiam,<sup>52</sup> nisi sic dicatur non poterit evitari creatio. Ex quo enim nihil de forma preexistit in materia, immo sola materia quantum ad suam essentialiam, talis forma ex nihilo generabitur. Dicimus enim quod anima

<sup>47</sup> Iacobus de Viterbio, *Quodl.* II, q. 5 (ed. Ypma, 83.799). See Averroes, *Averrois Cordubensis Commentarium Magnum in Aristotelis De Anima Libros, Liber Primus*, ed. F. S. Crawford (Cambridge, Mass., 1953), 10.20–21.

<sup>48</sup> Iacobus de Viterbio, *Quodl.* II, q. 5 (ed. Ypma, 65.213–14).

<sup>49</sup> Cf. *Ibid.* (76.577–85).

<sup>50</sup> Cf. Averroes, *In XII Metaph.*, comm. 18 (vol. VIII, fols. 303rE–305vI).

<sup>51</sup> Simplicius, *Scolia in Praedicamenta Aristotelis*, 339.33–34; *passim*, 331–46.

<sup>52</sup> Iacobus de Viterbio, *Quodl.* II, q. 5 (ed. Ypma, 75.545–48).

intellectiva creatur nonobstante quod habeat subiectum in quo recipiatur. Et ideo propter hoc non evitabis creationem.

615 <70> Sed tu dices:<sup>53</sup> “non est simile, quia anima intellectiva non educitur de potentia materie per motum et transmutationem, sicut est de aliis formis, et ideo adhuc evitabitur creatio, quoniam ad hoc ut evitetur creatio sufficit quod productum educatur de potentia materie per motum et transmutationem.”

620 <71> Si sic, dicatur contra: quoniam accipiam ultimum instans de quo educitur et inducitur forma substantialis, certum est quod ibi non est motus et transmutatio in illo instanti; ergo statim videbitur quod forma substantialis creabitur. Si autem dicatur quod forma substantialis educitur de potentia materie per generationem que est transmutatio quedam, contra: quia illa generatio idem est quod forma substantialis et idem iudicium est de generatione et forma acquisita per generationem. In hoc maxime | stat virtus positionis istius viri, quamvis plures alias rationes adducat ad roborandum positionem suam et plura alia que omitto gratia brevitatis.

625 <72> Sed illa positio mihi non placet. Primo de hoc quod dicit quod forma habet duplex esse, scilicet potentiale et actuale, in quantum esse actuale et potentiale sunt modi essendi formarum. Istud non videtur naturale, nam queram de istis modis essendi utrum sint substantia vel accidens. Non potest dici quod sunt substantia, quia aut essent met forma cuius sunt modi, aut alia substantia; non met forma cuius sunt modi, quia idem non est modus sui ipsius; etiam sequeretur quod ista esse essent idem substantialiter; quecumque enim uni et eidem numero substantialiter sunt eadem inter se sunt eadem, et isti modi essent idem substantialiter in forma cuius sunt modi. Essent igitur idem inter se. Si ponas quod sunt substantia que est met forma, nec potest dici quod sint alia substantia, quia quelibet forma substantialis secundum eum habet istud duplex esse, et ideo queram de illa ut de prima et procedam in infinitum, ita quod oporteret ponere in eodem infinitas substantias, quarum natura esset modus alterius, quod puto falsum. Etiam isti modi non possunt esse substantia propter aliud, quoniam istemet dicit<sup>54</sup> quod forma sub istis modis est in prima et secunda specie qualitatis, quoniam sub esse actuali est de prima specie, sed sub esse potenciali est de secunda specie, et ideo non potest ponere quod isti modi essendi sunt substantie. Si autem dicas quod isti modi essendi sint acci-

<sup>53</sup> Iacobus de Viterbio, *Quodl.* II, q. 5 (ed. Ypma, 75.552–56).

<sup>54</sup> Ibid. (79.691–94).



650 dentia, tunc queram de istis accidentibus, quoniam accidentalis secundum  
 eum habet duplex esse: potentiale et actuale, quia pari ratione habet hoc  
 ponere de accidentibus et de substantiis, et tunc queram de illis aliis modis  
 essendi utrum sint substantie aut accidentia et procedam in infinitum.  
 Oportebit enim ponere in eodem infinitas formas substantiales vel acciden-  
 tales.

655 <73> Amplius, cum iste ponat istos modos essendi de genere qualitatis  
 sive formam quamlibet sub istis modis esse de prima vel secunda specie  
 qualitatis, sequetur quod omnia generabilia et corruptibilia ut sic erunt de  
 genere qualitatis. Nam secundum istum res aliqua non generatur nisi quan-  
 tum ad esse actuale, et illo modo corrumpitur etiam quantum ad esse  
 potentiale, et ut sic est res, ipse sunt de genere qualitatis, ut istemet con-  
 fitetur. Non erit igitur transmutatio nisi in qualitate, quod est contra Philo-  
 sophum, II *Physicorum* et I *De generatione*.<sup>55</sup>

660 <74> Si autem dicat quod transmutatio dicitur esse in substantia, quia res  
 illa que est sub modo illo est substantia, istud non valet, quia res illa non  
 acquiritur secundum se ut substantia est, sed acquiritur ut sub modo et ut  
 sic est de genere qualitatis. Nam si istud sufficeret, possem dicere quod  
 quando generatur album quod ibi est transmutatio in substantia, quia res  
 665 sub albedine est substantia. Cum igitur ille modus reponat rem in prima  
 vel secunda specie qualitatis ut sic res generetur, sequetur utique quod res  
 generetur et corrumpatur quecumque ut de prima vel secunda specie quali-  
 tatis, quod videtur absurdum ex hoc etiam quod in prima et secunda specie  
 qualitatis non est motus, ut patet VII *Physicorum*,<sup>56</sup> sed solum in tertia.

670 <75> Et confirmo, quia secundum istum, nihil novum invenitur in ter-  
 mino transmutationis nisi modus, nam tota illa realitas preexistebat, et ideo  
 modus ille est ratio formalis terminandi motum et transmutationem quam-  
 libet, quod videtur etiam impossibile ex alio, quoniam ratio terminandi  
 motum et transmutationem debet esse maioris entitatis quam motus vel  
 675 transmutatio. Motus autem et transmutatio sunt verae res, ut patet et con-  
 fitetur iste. Ergo illi modi erunt vere res et sic substantia aut accidens, et

---

666 generetur] generatur *cod.*      674 vel] ut *cod.*

---

<sup>55</sup> Cf. *Physica*, III.1, 200b30–34; *De generatione et corruptione* 1.4 (319b14–17).

<sup>56</sup> Cf. Aristoteles, *Physica* 7.3.

680 procedatur ut primo et oporteret istum confiteri secundum viam suam quod  
 isti modi non sunt substantia nec accidens secundum quod substantia et  
 accidens dicunt mihi res, sed possunt esse modi substantiarum et acci-  
 dentium, et hoc videtur negare Philosophus qui ens verum reale divisit in  
 substantiam et accidens sive in decem categorias.

685 <76> Etiam est multum improbabile quod dicit quod substantia aliqua  
 quantum ad suum esse actuale et potentiale sit per se in genere qualitatis in  
 prima vel secunda specie, quia tunc unum et idem esset per se et essentia-  
 liter in diversis predicamentis, quod videtur falsum, nam coordinationes  
 predicamentorum sunt impermixte, ut patet I *Posteriorum*.<sup>57</sup> Etiam non  
 videmus quod eadem res sit in diversis speciebus eiusdem predicamenti,  
 quia unum specie esset diversa specie, quod apparet falsum. Unde nun-  
 quam unum et idem posset esse homo et bos nec albedo et nigredo, ergo  
 690 multo minus unum et idem numero vel specie poterit esse diversa secun-  
 dum genus. Iste tamen habet confiteri quod eadem res sit in diversis spe-  
 ciebus eiusdem predicamenti, quoniam non est dubium quod ad qualitates  
 de tertia specie est motus et tamen ponit quod res non acquiritur nisi sub  
 esse actuali et sub illo esse est per se in prima specie, ergo unum et idem  
 695 erit per se in prima specie et in tertia et sic unum specie erit diversa specie.

<77> Amplius, cum iste credat evitare creationem,<sup>58</sup> ostendo quod non  
 evitat, quia queram de isto modo quem vocat esse actuale: aut preexistebat  
 quocumque modo, aut non. Si nullo modo preexistebat et habet esse post  
 non esse, ergo creabitur, nam illud cuius entitas nullo modo preexistit in  
 700 materia, et habet esse post non esse, illud creari dicitur secundum istum.  
 Modo nulli dubium quod iste modus est aliquid preter materiam et dato  
 quod non sit res aliqua, tamen aliquid est secundum eum. Ergo si nullo  
 modo preexistebat, creabitur, et quamvis ibi non sit res creata, tamen ibi  
 erit modus creatus. Si autem dicat quod ille modus preexistat sub alio  
 705 modo, procedam in infinitum.

<78> Amplius, sequetur quod infinite res de genere substantie et de aliis  
 generibus erunt simul in eadem portione materie. Hoc videtur impossibile.  
 Ideo etc. Consequentiam ostendo. Nam signata hac portione materie ve-  
 rum est dicere secundum intentionem philosophorum quod infinite sub-  
 710 stantie secundum numerum possunt ex illa portione materie generari et

<sup>57</sup> Cf. Aristoteles, *Analytica Posteriora* 1.15 (78b8–11). *Les Auctoritates Aristotelis*, 317 (68). See also Robert Andrews, “Boethius dicit: A Compilation of *Sententiae* Ascribed to Boethius,” [http://rrp.stanford.edu/boethius\\_dicit.shtml](http://rrp.stanford.edu/boethius_dicit.shtml)

<sup>58</sup> Cf. Iacobus de Viterbio, *Quodl.* II, q. 5 (ed. Ypma, 65.208–17).

tamen omnium istarum formarum realitas preexistit in tota materia ita quod quelibet istarum ponit in numerum contra materiam; dico “in numerum,” quia res distincte a materia etiam ponunt in numerum inter se, quia res diverse adinvicem et distincte. Sequitur igitur quod infinita distincta et diversa erunt simul in eadem portione materie, immo plura quam infinita, quoniam omnia quondam corrupta in hac portione materie realiter et distincte sunt in materia ista et simul et ista sunt infinita.

715  
720  
725  
730  
(79) Amplius, omnia generanda realiter et distincte sunt in materia et ista sunt infinita, et ideo plura quam infinita, etiam de qualibet specie infinita sunt generabilia | et generata et de qualibet specie cuiuslibet generis; et dico de hac portione materie signata. Quod autem sint infinita in hac portione materie diversa contra se invicem numerata, etiam plura quam infinita in hoc instanti simul, non video sub quocumque esse. Unde Commentator, II *Metaphysice*,<sup>59</sup> <dicit> quod in universo habente situm non est possibilis processus in infinitum, nec per se nec per accidens.

(80) Amplius, sequetur quod omne generabile generabitur vel quod erit aliquid otiosum per tempus infinitum, quorum utrumque est impossibile. Falsitas consequentium patet. Non enim omne generabile generabitur, et dato quod omne corruptibile corrumpatur (I *Celi* Aristoteles et Commentator),<sup>60</sup> otiosum etiam non est in natura tempore infinito; in natura enim nihil est otiosum (in eodem I *Celi* et III *De anima* et II *Metaphysice*).<sup>61</sup> Sed consequentiam probo. Accipiam aliquod generabile sicut antichristum, gratia exempli. Aut igitur generabitur, aut non. Si sic, habetur propositum. Sic etiam dicam de quolibet alio generabili et sic omnia generabuntur, quod est falsum. Si dicas quod antichristus non generabitur unquam in futuro et tamen in materia est naturalis potentia ad eius generationem distincta a naturali potentia ad generationem cuiuslibet alterius individui, sequitur quod illa potentia erit otiosa per tempus infinitum, quoniam illa potentia est otiosa que ad actum non reducitur, quia potentia ordinatur ad actum sicut ad finem, et unumquodque est frustra nisi suum finem attingat, ut patet II *Physicorum*.<sup>62</sup>

<sup>59</sup> Averroes, *In II Metaph.*, comm. 6 (vol. VIII, fol. 31D).

<sup>60</sup> Aristoteles, *De caelo et mundo* 1.12 (283a24–25); Averroes, *Commentum super I De celo*, comm. 137 (262.39–40).

<sup>61</sup> Aristoteles, *De caelo* 1.4 (271a33); *De anima* 3.9 (432b21). See Averroes, *In II Metaph.*, comm. 1 (vol. VIII, fol. 28K). See also *Les Auctoritates Aristotelis*, 120 (62); 177 (33).

<sup>62</sup> Cf. Aristoteles, *Physica* 2.6 (197b22–23).

97vb

Medieval Studies 81

(81) Amplius, ego arguam inquisitive: accipiam meam realitatem que  
 est una numero. Modo dicis quod illa realitas mea que est una numero  
 preexistebat in materia tanquam res distincta contra materiam; aut ergo in  
 745 qualibet portione materie, aut in una tantum. Non est dicendum in una tan-  
 tum, quoniam qua ratione in una, eadem ratione in alia. Aut ergo in nulla,  
 aut in omnibus; non in nulla, quia tunc illa realitas esset separata, quod  
 non diceret; ergo relinquitur quod mea realitas que est una numero pre-  
 existebat in diversis portionibus sub tali esse potenciali. Modo queram  
 750 quando illa realitas fuit reducta ad actum de esse potenciali in materia mea  
 quam habeo, ista eadem realitas numero existens sub esse potenciali in aliis  
 portionibus materie fuit reducta ad actum in eis, aut non. Si dicas quod sic,  
 tunc sequitur quod erunt plures alii homines habentes eandem realitatem  
 mecum numero, quod est falsum. Si dicas quod talis res sub esse potenciali  
 755 non fuit reducta ad actum in aliis portionibus materie, aut ergo illa realitas  
 met remanebat in aliis portionibus materie, aut corrumpebatur. Si dicas  
 quod talis realitas sub esse potenciali corrumpebatur, hoc non poterat esse  
 nisi per adventum esse actualis et sic sequetur primum quod realitas que  
 est eadem numero erit deducta ad actum, modo sub diversis portionibus  
 760 materie. Si dicas quod corrumpitur in aliis portionibus materie et tamen  
 non oportet quod adveniat eis actus, sufficit autem quod adveniat alicui alii  
 portioni materie; si dicas sic, sequetur quod realitas mea in aliis portio-  
 nibus erit sine esse potenciali et actuali, quoniam realitas in se corrumpi non  
 potest secundum istum.<sup>63</sup> Si autem dicas quod mea realitas eadem numero  
 765 adhuc est sub esse potenciali in aliis portionibus, tunc sequetur quod poterit  
 generari aliquis habens eandem realitatem numero mecum, et sic quod erit  
 corruptum poterit idem numero regenerari et etiam in eadem portione ma-  
 terie, quia me corrupto in mea portione materie remanebit mea realitas sub  
 esse potenciali, et ita realitas sub esse potenciali fiet adhuc sub esse actuali,  
 770 et sic generatum et corruptum habebunt eandem realitatem numero, immo  
 eadem res infinities generabitur et corrumperetur, quod puto falsum, et miror  
 quomodo talis magister non vidit hec difficilia contra suam positionem,  
 sed credo quod confisus proprio ingenio talia dixit.

---

749 potenciali] in materia mea quam habeo utrum ista eadem realitas numero *add. cod. sed cancel. per "vacat"*

---

<sup>63</sup> Cf. Iacobus de Viterbio, *Quodl.* II, q. 5 (ed. Ypma, 78.652–58).

775 (82) Amplius, ipse non ponit materiam primam subiectum generationis,  
immo compositum ex materia et tali realitate in potentia, quod tamen est  
contra Aristotelem in I *De generatione* et I *Physicorum*.<sup>64</sup>

780 (83) Amplius, si forma sub esse potenciali sit numerata contra materiam,  
tunc ex materia et forma sub tali esse fiet unum et per se unum si sit forma  
substantialis. Modo non est querenda causa quare ex duobus fiat unum nisi  
quia hoc est potentia et illud actus, ut patet II *De anima*.<sup>65</sup> Illa ergo ex qui-  
bus debet fieri unum oportet quod unum sit in potentia et aliud sit actus. Si  
igitur ex istis duobus fiat unum, scilicet ex materia et forma sub tali modo,  
oportebit quod alterum illorum sit actus, non materia, ergo forma, quod  
785 tamen non est verum secundum istum. Alias multas rationes iste adducit  
contra se et eas dissolvit ut placet sibi. Omitto propter brevitatem.

(84) Rationes et auctoritates in quibus substantantur non procedunt.  
Quod enim Commentator dicit quod generans non largitur multitudinem  
etc.,<sup>66</sup> hoc dixit Commentator, quoniam non debemus imaginari secundum  
quod quidam antiquitus imaginabantur, scilicet quod generans generet  
790 formam distinctam a materia et deinde eam reponat in materia, quoniam  
tunc forma in subsistentia esset primo distincta a materia et sic poneret in  
numerum contra materiam quantum ad subsistentiam, et talem multitu-  
dinem generans non largitur nec generat formam distinctam a materia,  
immo generat formam in materia sive compositum quod primo fuit in po-  
795 tentia passiva materie et sic largitur materie perfectionem, quoniam mate-  
ria perficitur per formam, et non multitudinem.

(85) Vel potest dici quod pro tanto dixit quod non largitur multitudinem,  
quia de quibuscumque verum est dicere quod generata sunt, verum fuit  
dicere quod possibilia erant generari, quoniam possibilia educi de potentia  
800 passiva materie, quia non sit impossibile fieri et pro tanto dixit hoc Com-  
mentator. Unde Commentator in IV *Physicorum*,<sup>67</sup> capitulo de loco circa  
finem, dicit quod materia aque et forma aque dicitur sed diversimode,

---

798 quibuscumque] quocumque *cod.*      sunt] fuit *cod.*

---

<sup>64</sup> Aristoteles, *De generatione et corruptione* 1.5; *Physica* 1.6–9.

<sup>65</sup> Cf. Averroes, *In Aristotelis De Anima Librum Tertium*, ed. Crawford, 139.42–48.

<sup>66</sup> Averroes, *In VIII Metaph.*, comm. 15 (vol. VIII, fol. 224A).

<sup>67</sup> Averroes, *In IV Phys.*, comm. 49 (vol. IV, fol. 146L).

quoniam forma aque dicitur aqua in actu et materia, dicitur aqua in poten-  
tia, non ergo vult quod aqua in potentia sit aliud a materia et ideo accipias  
805 auctoritatem pro auctoritate.

⟨86⟩ Ad aliam, Commentator dicit quod materia ut est potentia totum est  
idem quod genus et predicatur de eo cuius est genus; genus autem signifi-  
cat compositum aliquod et non aliud nisi compositum possibile.

⟨87⟩ Sed illa ratio est mirabilis. Iste enim videtur intendere ex dicto  
810 Commentatoris quod genus significet mihi compositum ex materia et for-  
ma sub esse potenciali, ita quod animal mihi significat compositum ex ma-  
teria et anima in | potentia; animal ergo significabit mihi compositum  
potentiale et sic non poterit de composito actuali predicari, scilicet de  
Sorte vel de homine. Non enim est verum quod compositum in actu sit  
815 compositum in potentia et quod homo sit animal in potentia sive composi-  
tum ex corpore et ex anima sub esse potenciali.

⟨88⟩ Unde credo quod animal significat mihi compositum ex materia et  
forma in actu in quantum genus predicabile de suis speciebus, quod materia  
ut est totum compositum in potentia est idem generi, sive genus non est ita  
820 superficialiter capiendum ut iste accipit, sed dico quod Commentator in-  
tellexit per materiam ut est totum compositum in potentia totum composi-  
tum in actu acceptum, tamen sub modo confusiori et imperfectiori  
appropinquante magis nature materiali propter suam imperfectionem. Sicut  
animal significat aggregatum ex corpore et anima in actu, nulli dubium  
825 sane mentis, hoc tamen est sub modo confusiori et imperfectiori quam sig-  
nificant species, et hoc voluit Commentator.

⟨89⟩ Quod autem additur quod potentia et actus circueunt<sup>68</sup> quodlibet  
ens et quamlibet speciem, certe ego volo quod est verum dicere de  
quolibet ente quod est in potentia vel actu sive potentia vel actus et in istis  
830 entibus materialibus verum est dicere quod est in actu et in potentia, sicut  
est verum dicere quod est homo in actu et potentia homo, etiam homo  
potentia et homo actu non proprie differunt nec sunt idem specie, nam  
homo potentia nihil aliud est nisi materia realiter, et homo actu est  
compositum ex materia et forma. Modo ipsa non est proprie eadem  
835 secundum speciem cum composito nec etiam alia secundum speciem,  
quoniam materia non est species; potest tamen materia ista dici diversa  
realiter a composito ex materia et forma ratione partis, et illo modo dicam  
quod potentia tale et actu tale sunt in eadem specie, non tamen ut ille dicit.

<sup>68</sup> Iacobus de Viterbio, *Quodl.* II, q. 5 (ed. Ypma, 74.508–11).

840 (90) Quod autem addit quod esse potentiale est medium inter ens actu et non ens simpliciter, istud est dictum a Commentatore primo *Physicorum*<sup>69</sup> et loquitur ibi de materia et hoc non est aliud dicere nisi quod materia tale medium est nec est intelligendum quod sit medium per compositionem, sed potest dici medium per abnegationem.

845 (91) Unde quod dicis quod ens actu et non ens differunt a materia, certe dicam quod verum est. Ergo esse potentiale quod est medium inter ista differret a materia, quia medium participat naturam extremorum. Ista ratio mihi videtur mirabilis, quia istud esse potentiale quod est medium est met natura materie et ideo concludis quod idem differat a se ipso vel supponis quod debes probare, quoniam tu supponis esse possibile quod est medium  
850 esse aliud preter materiam et hoc supposito, das modum per quem differt, et hoc est petere sive supponere propositum. Etiam si esse potentiale non sit medium per compositionem, non concludet ratio quod si materia differret ab extremis quod propter hoc differat ab illo, nam homo est medium per abnegationem inter asinum et capram et Deum et diabolum, et tamen  
855 non oportet quod si aliquid differat a Deo et a diabolo quod propter hoc differat ab homine, nam illud quod differret ab utroque poterit esse idem quod homo, et sic est in proposito.

(92) Ad auctoritatem Commentatoris in XII *Metaphysice* ((68)), dicam quod magis est ad oppositum quam ad propositum, nam opinio Aristotelis  
860 est quod agens transmutans materiam non congregat inter duo distincta, sed extrahit quod fuit in potentia ad actum. Assimilatur autem creatori in hoc quia nihil preexistit in materia realiter de forma, sed differt a creatore, quia creatori non correspondet potentia passiva. Assimilatur autem latitationi, quia illud quod primo fuit in potentia obiective modo est in actu; assimilatur ergo latitationi in hoc quod differt a creatore. Differt autem a  
865 creatore, quia creatio nihil presupponit ex parte facti de cuius potentia factum educatur per actionem agentis et illud quod fit ab agente naturali aliquid presupponit ex parte facti de cuius potentia factum educitur et in hoc assimilatur latitationi, quia dicentes latitationem ponebant totum compositum preexistere sub esse actuali, tamen occulte. Aristoteles autem  
870 solum posuit de toto composito materiam preexistere, que materia est compositum in potentia, et ideo opinio Aristotelis fuit media inter latitationem ponentes et creationem dicentes. Non enim posuit res simpliciter preexistere quantum ad materiam et formam earum, quod faciunt latitantes,

<sup>69</sup> Averroes, *In I Phys.*, comm. 70 (vol. IV, fol. 41E).

875 nec posuit eas simpliciter ex nihilo produci, quod faciunt creantes, sed po-  
 suit viam mediam, scilicet quod de toto composito sola materia preexistit,  
 de cuius potentia totum compositum educitur ratione forme. Sed si opinio  
 quam ponit iste esset vera, tunc non esset aliud nisi ponere latitationem,  
 immo maiora sequerentur inconuenientia quam ad positionem Anaxagore,  
 880 secundum quod potest esse manifestum ex dictis.

(93) Ad aliam, quando additur quod non poterit evitari creatio, dico  
 quod immo; et quando probatur: “quia nihil preexistit de forma etc.,” dico  
 quod ad evitandum creationem sufficit quod preexistat aliquid de eo quod  
 producitur. Modo, quod producitur est compositum, et ideo sufficit quod  
 885 preexistat aliquid de composito, scilicet materia, sed ratio concludit quod  
 ad minus forma creabitur, quia nihil preexistet de forma: ego possum di-  
 cere quod forma non generatur nisi per accidens, ut dicunt plurimi, com-  
 positum autem per se primo, et ideo dicam quod ad evitandum creationem  
 sufficit quod preexistat aliquid de composito, scilicet materia.

890 (94) Aliter potest dici quod dato quod forma generetur per se primo, ut  
 dicunt alii, adhuc evitabitur creatio, quoniam creatio non habet subiectum  
 in quo recipiatur et de cuius potentia educatur, sed generatio formarum na-  
 turalium sic, et quando dicitur quod anima intellectiva creatur et tamen ha-  
 bet subiectum in quo recipitur, hic potest dici quod anima intellectiva  
 895 habet subiectum in quo recipitur, non tamen habet subiectum de cuius po-  
 tentia educatur nec per motum divisibilem precedentem nec per transmuta-  
 tionem indivisibilem. Unde non est verum dicere quod anima intellectiva  
 cum creatur educatur de potentia materie, sed verum est dicere cum creatur  
 quod in materia inducitur et non educitur. Unde creando infunditur et in-  
 900 fundiendo creatur, sed in ultimo instanti transmutationis divisibilis prece-  
 dentis verum est dicere quod forma naturalis de potentia materie educitur  
 et etiam generatio que est idem quod forma de potentia materie educitur, et  
 non est verum dicere quod solum forma inducatur, sicut fuit de creatione.

(95) Ad rationes. Ad primam ((1)) credo dicendum quod primum princi-  
 905 pium non est infiniti vigoris, quia philosophus non habet plus ponere de  
 primo principio quam possit per motum investigari; sed per motum non  
 potest investigari primum esse infiniti vigoris, nam ad hoc quod virtus ali-  
 qua moveat per tempus infinitum sufficit quod sit infinita in essendo et in-  
 fatigabilis in operando.

910 (96) Et confirmo: nam si primum principium esset infinitum in vigore,  
 posset velocius movere, et sic primum | principium haberet admixtionem



915 potentie, et hoc expresse intendit Commentator<sup>70</sup> in II *Celi* ubi probat Aristoteles quod motus celi non habet tarditatem que fit ex debilitate et senectute nec velocitatem que fit ex iuventute et est in capitulo de regularitate motus celi. Ibi expresse dicit<sup>71</sup> quod potentie separatorum a materia non sunt infinite in vigore, quoniam non haberent proportionem ad sua mobilia et sic moverent in instanti, ut ipse arguit, et sequeretur quod non esset aliqua multitudo in separatis si essent infiniti vigoris. Quod declarat, quoniam intelligentia Saturni movet per tempus infinitum sicut totius et quodlibet eorum est infinitum in vigore. Non ergo differunt in potentia motoris, ut dicit, nec differunt in tempore motoris, et ideo non haberent diversitatem nec proportionem. Et concludit quod potentie eorum aliquo modo sunt infinite et alio modo non sunt infinite sed finite. Idem dicit proprie Commentator in *De substantia orbis*,<sup>72</sup> nam non attribuit intelligentiis nisi  
920 infinitatem durationis et non vigoris, ut patet ibi.

(97) Amplius, si Deus esset infiniti vigoris, actiones agentium particularium essent frustra, nam sine agentibus particularibus posset Deus quod potest cum eis. Tunc ponatur in esse, quia possibili posito in esse non debet sequi impossibile. Si autem ponatur in esse, tunc agentia particularia erunt otiosa, quia perdent proprias operationes et qui tollit ab entibus proprias operationes tollit ab eis proprias formas. Non igitur Deus est infiniti  
930 vigoris.

(98) Ad rationes que probant oppositum. Ad primam (<1>) dico quod Aristoteles in VIII *Physicorum*,<sup>73</sup> quando dicebat quod virtus infinita non est in magnitudine finita, intellexit de infinitate durationis et non vigoris. Quod ego ostendo, quia demonstratio illa si argueret solum de infinitate vigoris, tunc non probaret nisi de primo principio, quod tamen videtur falsum, nam Aristoteles de aliis intelligentiis nunquam adduxit aliam demonstrationem ad probandum quod non sunt virtutes in magnitudine nisi  
940 illam. Unde illa fuit communis omnibus intelligentiis. Unde in XII *Metaphysice* cum ipse adduxit eandem demonstrationem ad probandum quod motor celi non sit virtus in magnitudine, statim subdit Aristoteles:<sup>74</sup> “Utrum autem talem substantiam abstractam sit ponendum unam vel

<sup>70</sup> Averroes, *Commentum super II De celo*, comm. 38 (340.15–17).

<sup>71</sup> Ibid. (342.78–343.80).

<sup>72</sup> E.g., Averroes, *De substantia orbis* 3 (vol. IX, fol. 9F–10A).

<sup>73</sup> Aristoteles, *Physica* 8.10 (266a24–26).

<sup>74</sup> Aristoteles, *Metaphysica* 12.8 (1073a14).

plures perscrutandum.” Unde vult expresse quod demonstratio illa probet  
 945 universaliter de motore celi ipsum non esse in magnitudine. Si autem in-  
 telligeret Aristoteles de infinitate vigoris, certum est quod illa demonstra-  
 tio non esset de aliis intelligentiis a prima, et sic perscrutatio Aristotelis  
 non fuisset sufficiens.

950 (99) Unde est intentio Aristotelis quod virtus infinita in duratione non  
 potest esse in magnitudine finita, quoniam talis virtus moveret in instanti,  
 ut dicit etiam Commentator,<sup>75</sup> et causa est quia virtutes in materia secun-  
 dum quod magis durant sunt maioris vigoris, ut patet ad sensum, et ideo si  
 esset aliqua virtus que duraret per tempus infinitum, oporteret quod habe-  
 ret vigorem infinitum. Unde in talibus virtutibus facta additione ad tempus  
 955 agendi vel recipiendi actionem fit additio vigoris, ut patet in VII *Physi-*  
*corum* circa finem.<sup>76</sup> Bene ergo intellexit de infinitate durationis et non vi-  
 goris. Et contra: celum est habens magnitudinem finitam et est infinite  
 durationis, etiam habet operationem infinitam.

960 (100) Hic potest dici quod celum non est virtus prima; etiam sua opera-  
 tio non est actio sed passio, et ideo potest esse eternum et habere magnitu-  
 dinem finitam, sicut videmus quod materia eterna est et habet quantitatem  
 finitam, tamen sua operatio est passio et non est prima virtus. Quando ergo  
 Aristoteles dixit<sup>77</sup> quod in magnitudine finita non est virtus infinita in du-  
 ratione, intellexit de virtute cuius operatio est actio et de virtute prima. Et  
 965 sive sit virtus prima sive non, dummodo sua operatio sit actio sive moveret  
 active, nunquam poterit esse virtus in magnitudine finita, quia oporteret  
 quod talis virtus esset infiniti vigoris et per consequens quod esset in  
 magnitudine infinita; quoniam in corporibus componit, secundum quod  
 additur virtus, additur corporeitas.

970 (101) Aliter potest dici quod Aristoteles bene dixit quod virtus infinita in  
 duratione non potest esse in magnitudine etc., id est non potest recipi in  
 materia mediante magnitudine, nam omnes tales forme sint finite duratio-

---

945 non esse *inv. cod.*

---

<sup>75</sup> Averroes, *In VIII Phys.*, comm. 79 (vol. IV, fol. 426J); *In XII Metaph.*, comm. 41 (vol. VIII, fol. 324D).

<sup>76</sup> Non inveni. Cf. Aristoteles, *Physica* 7.5 (250a25–27).

<sup>77</sup> Cf. Aristoteles, *Physica* 8.10 (266a24–26).

nis, ut patet per inductionem et fuit superius declaratum de materia celi,<sup>78</sup>  
 et tunc instantia de celo non est ad propositum, quia celum non est forma  
 975 in materia habente magnitudinem; est enim substantia simplex cuius ope-  
 ratio est movere passive, et ideo bene potest esse eternum, immo forte ce-  
 lum est potentia simplex cui repugnat corruptio, et ideo supposito quod  
 celum esset compositum ex potentia et actu, forte demonstratio Aristotelis  
 non concluderet, ut visum fuit in questione de materia celi,<sup>79</sup> et propter hoc  
 980 dicebatur quod intentio Aristotelis fuit quod celum sit substantia simplex.

⟨102⟩ Et tu dices: “Ergo non obstante illa demonstratione potero dicere  
 quod Deus erit substantia simplex habens magnitudinem finitam, sicut ce-  
 lum.” Potest dici quod Philosophus relinquebat pro manifesto hoc non  
 posse esse, quia tunc primum principium esset per se mobile, cuius oppo-  
 985 situm demonstratum erat, quia probatum erat quod erat devenire ad mo-  
 vens immobile per se. Et quia aliquis potuisset imaginari primum moveri  
 per accidens et per se movere sicut anima animalis, ideo Aristoteles voluit  
 ostendere ipsum esse omnino separatum a magnitudine, ita quod non esset  
 perfectio alicuius potentie habentis magnitudinem mediante magnitudine.

990 ⟨103⟩ Sed hic occurrit dubitatio difficilis. Una est quod virtus infinite  
 durationis abstracta a materia non movet in non tempore et tamen si esset  
 virtus in magnitudine, id est in materia habente magnitudinem, moveret in  
 non tempore.

995 ⟨104⟩ Et respondet Commentator<sup>80</sup> VIII *Physicorum* 79 commento, quod  
 si posuerimus virtutem infinitam in duratione in magnitudine, id est in  
 materia habente magnitudinem, sequeretur quod illa virtus esset infiniti vi-  
 goris. Nam in talibus virtutibus si sunt active specialiter secundum ad-  
 ditionem in vigore est additio in duratione et econverso, et secundum  
 additionem in duratione est additio in magnitudine ceteris paribus. Et ideo  
 1000 si aliqua virtus in materia duraret per tempus infinitum, oporteret quod  
 suus vigor esset infinitus et sua magnitudo infinita, et ideo moveret in  
 instanti, quia sine proportionem moveret virtutem mobilis alicuius.

⟨105⟩ Sed dicit Commentator<sup>81</sup> quod si esset virtus separata sicut est du-  
 rationis infinite, non potest dici finita nec infinita, quia finitum et infinitum

<sup>78</sup> Maino de Maineri, “Questio utrum celum habeat materiam,” Florence, Biblioteca Nazionale (C.S.) J.3.6, fol. 94va.

<sup>79</sup> Ibid.

<sup>80</sup> Averroes, *In VIII Phys.*, comm. 79 (vol. IV, fol. 425M).

<sup>81</sup> Ibid. 79 (vol. IV, fol. 427E); *In I Phys.* comm. 15, (fol. 13B).

- 1005 quantitati congruunt, et ideo sola actio eorum erit infinita et illa separata  
erunt nec finita nec infinita, et ideo non sequetur quod illa separata mo-  
veant in tempore, quia in hiis non potest | intelligi “una potentia maior  
1010 proportio potentie motive ad motum erit sicut proportio velocitatis ad ve-  
locitatem motus. In existentibus autem non in corpore non est proportio,  
cum proportio est solius magnitudinis ad magnitudinem vel eorum que in-  
sunt magnitudini eo quod insunt ei, et haec manifesta sunt per se ut ipse  
1015 dicit. Hec sunt quasi verba Commentatoris, sed hic Commentator obscurus  
est, nam illud non videtur verum quod vigor separatorum non sit finitus  
nec infinitus, et alibi dicit oppositum, unde in II *Celi* ubi allegatum est su-  
perius, dicit<sup>82</sup> quod sunt finite uno modo et infinite alio modo, et loquitur  
de virtutibus separatis et idem in libello *De substantia orbis* quod sunt fi-  
niti vigoris et infinite durationis.
- 1020 <106> Et ideo aliqui dicunt quod Commentator in illo loco non loqueba-  
tur ex intentione. Sed istud est malum de Commentatore. Certum est quod  
ipse ex intentione movet dubitationem illam et ex intentione solvit. Unde  
non loquitur dubitando, ut patet ibidem.
- 1025 <107> Et ideo aliter dicitur quod primum principium de quo loquitur  
principaliter quod est separatum potest dupliciter considerari: uno modo ut  
finis motus; alio modo ut agens motum. Et similiter intelligo de aliis: si  
accipiatur ut movens active, sic habet vigorem finitum et debet dici finiti  
vigoris, sed si consideretur ut finis, sic non debet dici vigoris finiti vel in-  
finiti, nam vigor proprie debetur separatis ut moventia active.
- 1030 <108> Sed istud est omnino extra intentionem Commentatoris, quia ipse  
ponit rationem ad probandum proportionem, quia finitum et infinitum sunt  
solum in corporibus; modo, certum quod intelligentie, ut moventes sunt,  
non sunt in corporibus. Ergo sic non habebunt vigorem finitum nec infi-  
nitum, ut Commentator loquitur in VIII *Physicorum*,<sup>83</sup> secundum materiam  
1035 subiectam; modo, certum est quod ibi consideratur prius motor ut movens  
active et non ut finis, et ideo ut sic loquebatur ibi de primo motore.

---

1016 II] III *cod.*

1034 ut] et *cod.*

---

<sup>82</sup> Averroes, *Commentum super II De celo*, comm. 38 (343.89).

<sup>83</sup> Averroes, *In VIII Phys.*, comm. 79 (vol. IV, fol. 427E).

1040 <109> Et ideo aliter dico cum Commentatore quod virtutes separate non  
 debent dici finite nec infinite in vigore, eo modo supple quo virtutes in  
 corpore sunt finite vel infinite in vigore, nam virtutes corporales sic dicun-  
 tur finiti vigoris quod finitati vigoris correspondet finitas temporis et qualis  
 1045 est proportio in vigoribus eadem est in temporibus mensurantibus et  
 magnitudinibus, et infinitati vigoris correspondet infinitas temporis et  
 magnitudinis. Et per illum modum vult dicere Commentator quod vigor  
 separatorum non est finitus nec infinitus, quia finitati vigoris non cor-  
 1050 respondet finitas temporis, nec est proportio in temporalibus que est in  
 vigoribus. Non ergo possunt dici vigoris finiti eo modo quo illa inferiora  
 corporalia, quia tempus durationis earum est infinitum et non finitum, nec  
 possunt dici vigoris infiniti eo modo quo ista inferiora dicuntur vigoris in-  
 finiti, nam aliquid hic inferius existens habens vigorem infinitum si esset  
 1055 aliquid tale, tempus durationis eius excederet tempus durationis cuiuslibet  
 alterius finiti vigoris in infinitum. Sed dato quod poneres aliquid separa-  
 tum infiniti vigoris, tamen tempus durationis eius non excederet tempus  
 durationis alicuius alterius finiti vigoris, quia omnia separata dato quod  
 sint vigoris finiti per vigorem finitum durant infinitum; immo, si finitum et  
 1060 infinitum eodem modo essent in separatis et corporalibus, sequeretur quod  
 omnia separata essent vigoris infiniti, quia tempus correspondens eorum  
 actionibus esset infinitum et tunc sequeretur quod non moverent sua mobi-  
 lia in determinata velocitate, quod tamen est falsum. Immo, si stella ad-  
 deretur orbi, non moveret orbem nisi cum fatigatione et pena, ut patet II  
 1065 *Celi* ab Aristotele et Commentatore.<sup>84</sup> Et illo modo intellexit Commenta-  
 tor, quod non debent dici finiti vigoris vel infiniti secundum quod propor-  
 tionantur finitati temporis et infinitati eius, sed quoniam sint finiti vigoris  
 secundum quod proportionantur velocitati et tarditati motus non intendit  
 Commentator. Et in illa expositione quam nunquam audivi declarabatur  
 1065 anima mea et illam expositionem accepi ex dictis Commentatoris in fine  
 VIII *Physicorum*.

<110> Ad auctoritatem Commentatoris I *Celi et mundi* et Aristotelis VIII  
*Physicorum* (<2>), iam solutum est. Nam dato quod non sit infiniti vigoris  
 sed solum durationis, supposito quod esset virtus in magnitudine, sequere-

<sup>84</sup> Aristoteles, *De caelo* 2.12 (293a10, secundum translationem Michaelis Scoti);  
 Averroes, *Commentum super II De celo*, comm. 71 (407.9–408.14). Cf. Averroes *In*  
*VIII Phys.*, comm. 79 (vol. IV, fol. 426L).

1070 tur quod moveret in instanti, quoniam sequeretur quod esset infiniti vigor-  
 1075 ris, ut visum est.

1075 <111> Ad tertiam auctoritatem Commentatoris VIII *Physicorum* circa  
 finem (<3>), ubi dicit<sup>85</sup> quod non est proportio motorum abstractorum ad  
 sua mobilia et si aliquod esset in materia moveret in instanti, dicendum  
 1080 quod Commentator intellexit non esse proportionem naturalem inter mo-  
 motorem et mobilia, que proportio attenditur penes tempus, quia quodlibet  
 movet tempore infinito. Et illam proportionem negavit idem Commentator.  
 Et ideo si aliquod eorum esset virtus in materia, cum moveat tempore infi-  
 1085 nito, sequeretur utique quod esset infiniti vigoris et sic moveret in instanti,  
 nam talis proportio est in virtutibus in materia, quod secundum additionem  
 temporis additur virtus et vigor. Et ideo si aliquid moveret tempore infi-  
 nito, esset per infinitum vigorem. Sed talem proportionem negaret Com-  
 mentator in motoribus. Sed tamen non intendit quin ibi sit proportio que  
 attenditur penes velocitatem et tarditatem motus, non intendit, ut patet  
 consideranti eius dicta.

1085 <112> Ad aliam (<4>), XII *Metaphysice*, dicunt aliqui<sup>86</sup> quod Commenta-  
 tor male dixit ibi et ideo se corrigit in libello *De substantia orbis*, tamen  
 non audeo Commentatorem negare sic expresse. Ista auctoritas videtur im-  
 plicare duo difficilia. Primum est quod primum sit infiniti vigoris. Nec un-  
 1090 quam vidi auctoritatem magis expressam ad hoc probandum. Secundo,  
 difficile videtur in auctoritate quod primum principium non moveat pri-  
 mum celum immediate effective. Ponit enim Commentator motorem ap-  
 propriatum a quo habet velocitatem terminatam et illa videtur esse intentio  
 Aristotelis et Commentatoris II *Celi* capitulo de duabus difficilibus ques-  
 1095 tionibus. Dicit enim Philosophus<sup>87</sup> quod quedam sunt que attingunt suam  
 perfectionem et suum bonum sine actione (et intelligere videtur motorem  
 celi), et alia unica actione, et alia pluribus actionibus, ut ipse dicit. Motor  
 igitur primus attinget suum bonum sine actione aliqua, et sic non movebit  
 celum effective sed solum in ratione finis, et illud videtur velle Aristoteles  
 1100 in XII *Metaphysice*; dicit<sup>88</sup> enim semper quod primum movet ut appetibile  
 et tale movet solum in ratione finis.

<sup>85</sup> Averroes *In VIII Phys.*, comm. 79 (vol. IV, fol. 426J).

<sup>86</sup> Cf. Thomas Wylton, "Utrum essentia divina sit perfectio divina intensive," ed. Elzbieta Jung-Palczewska, *Archives d'histoire doctrinale et littéraire du Moyen Âge* 64 (1997): 364.

<sup>87</sup> Aristoteles, *De caelo et mundo* 2.12 (292a22–24).

<sup>88</sup> Aristoteles, *Metaphysica* 1.7 (1072a26–27).

1105 <113> Et posset confirmari, quia quod movet effective movet propter  
 aliquid melius, quia movet propter finem, et finis est melior hiis que sunt  
 ad finem. Sed nihil est melius primo principio; optimum enim est eorum  
 que sunt in natura, scilicet Deus, in prohemio *Metaphysice*.<sup>89</sup> Et ad hoc est  
 auctoritas Commentatoris allegata in XII *Metaphysice* quod celum movere  
 a duplici motore: ab uno habet eternitatem et ab alio habet determinatam  
 velocitatem, et si primum moveret immediate, primum celum iam moveret  
 in instanti, et hoc dicit ibi Commentator.<sup>90</sup> Et ex hoc sequitur etiam quod  
 1110 sit infiniti vigoris. Propter illa dicunt aliqui quod Deus non movet effective  
 primum celum, sed solum in ratione finis.

1115 <114> Sed contra hoc arguitur primo auctoritate Commentatoris in XII  
*Metaphysice*. Dicit enim Commentator<sup>91</sup> quod qui dicunt substantiam pri-  
 mam priorem motore totius falsum dicunt. Quelibet enim substantiarum  
 abstractarum principium est substantie sensibilis secundum | motorem et  
 secundum finem. Primum igitur principium non solum movet in ratione  
 finis, sed etiam in ratione efficientis.

1120 <115> Amplius, Aristoteles in XII *Metaphysice* investigat naturam ab-  
 stractorum per naturam motuum, quod non faceret nisi primum esset  
 principium effectuum. Unde si primum non moveret effective, nunquam  
 posset per motum investigari, ut videtur, et ista est demonstratio apud  
 multos. Si teneatur istud quod primum moveat effective, tunc oportet alias  
 rationes dissolvere et exponere auctoritatem.

1125 <116> Ad auctoritatem “Commentator dicit in XII quod celum movere a  
 duplici motore etc.,” potest dici quod Commentator intellexit de aliis moti-  
 bus a motu primo, quia alii motus habent motorem appropriatum preter  
 primum a quo habent velocitatem determinatam et a primo habent eter-  
 nitatem. Et si intelligatur de primo motu, tunc dicam quod non intellexit  
 Commentator quod habeat duos motores realiter differentes, sed voluit  
 1130 dicere quod motor primus consideratus ut efficiens motum causat, motor  
 appropriatus secundus ut finis causat, separatus magis; et talis motus  
 primus habet velocitatem determinatam a Deo ut movens effective et a

---

1108 et] etiam *cod.*    1114 motore] motorem *cod.*    1131 secundus] sed *cod.*

<sup>89</sup> Cf. Aristoteles, *Metaphysica* 1.2 (983a8–10).

<sup>90</sup> Averroes, *In XII Metaph.*, comm. 41 (vol. VIII, fol. 324A).

<sup>91</sup> *Ibid.*, comm. 44 (vol. VIII, fol. 327H).

1135 primo habet eternitatem ut finis motus, nam quia primum se intelligit in infinitum et se desiderat in infinitum pro tanto movet per tempus infinitum.

⟨117⟩ Et si dicas: “Unde est quod Commentator addit quod si primum moveret immediate, quod moveret in instanti?” Dico ad presens quod Commentator non vult ex hoc habere quod primum sit infiniti vigoris, nec etiam quod primum non moveat immediate, quia contradiceret sibi.

1140 ⟨118⟩ Propter quod est intelligendum quod primum principium potest dupliciter considerari: uno modo secundum quod finis est omnium motuum celorum; alio modo potest considerari ut efficiens motum primum. Modo, quando Commentator dixit quod si primum moveret immediate, moveret in instanti, dico quod verum est si primum consideratum ut finis  
1145 motuum celorum moveret immediate, moveret in instanti. Nam primum consideratum ut finis non potest movere ut efficiens, et si moveret effective, ut sic, moveret in instanti, quia primum principium ut finis non habet proportionem vigoris cum mobilibus, quia, ut sic, proprie non habet vigorem, nec finitum nec infinitum. Nam ipsum consideratum quantum ad  
1150 suam essentiam absolute est finis, sed ipsum consideratum quantum ad vigorem est agens et, ut sic, proportionatur mobili. Et ideo non sequitur quod primum sit infiniti vigoris. Non sequitur etiam quod primum moveat solum in ratione finis.

1155 ⟨119⟩ Ad auctoritatem II *Celi* (⟨112⟩) quod quedam attingunt suum bonum sine actione etc., dico quod illa ratio non plus probat de primo principio quam de aliis intelligentiis, nam per illa que attingunt suum bonum sine actione, ipse intellexit omnia separata, ut exponit Commentator ibi.<sup>92</sup> Voluit ergo Aristoteles quod quedam attingunt bonum suum sine actione, id est sine motu eis inherente, cuius oppositum est de orbibus, sed  
1160 quoniam habeant aliquam aliam actionem, scilicet movere celum, hoc non intendebat ibi Aristoteles, nec Commentator. Etiam bene possunt habere illam operationem que est intelligere se vel etiam primam intelligentiam. Nam de tali actione non intendebat Commentator in II *Celi*, et quando dicitur quod Aristoteles in XII semper dicit quod primum movet ut appetibile, et sic solum movebit in ratione finis, dicendum quod nolebat ex  
1165 hoc negare eum movere effective, sed forte relinquebat pro manifesto primum principium movere effective ex illo quod dictum fuit in VIII *Physicorum*.

<sup>92</sup> Averroes, *Commentum super II De celo*, comm. 62 (392.10–14).



1170 <120> Ad aliam “quod movet effective movet propter aliquid melius”  
 ((113)), ego dicam quod primum principium ut finis melius est se ipso ut  
 efficiens. Et si dicatur: “Primum ut intellectum, est finis; et ut intelligens,  
 est efficiens; ergo primum erit nobilius ut intellectum quam ut intelligens,  
 quod videtur falsum,” dicam quod primum principium ut intellectum non  
 1175 debet dici finis ita quod esse intellectum sit ratio formalis quare dicitur,  
 sed bene consequitur ad ipsum de necessitate ut finis; hoc tamen non est  
 ratio finis. Sed dico quod primum principium consideratum quantum ad  
 suam essentiam finis est, et ad hoc ut sit finis, necessario requiritur quod  
 sit intellectum et desideratum ipsum; tamen consideratum quantum ad  
 suum vigorem, habet rationem efficientis et ad hoc est necessario requisi-  
 1180 tum esse intelligens. Quia igitur primum quantum ad essentiam nobilius  
 est se ipso quantum ad vigorem, potest dici quod primum ut finis est nobi-  
 lius se ipso ut efficiens.

<121> Aliter potest dici ei quod primum ut intellectum et intelligens est  
 nobilius se ipso ut intelligens tantum. Modo dicam quod principium pri-  
 1185 mum ut finis non solum est intellectum, verum etiam et intellegens, nam in  
 ipso idem est intelligens et intellectum. Primam solutionem credo maiorem.  
 Si quis vellet tenere quod primum principium movet solum in ratione  
 finis, tunc haberet solvere rationes probantes oppositum. Dicit enim Com-  
 mentator<sup>93</sup> in XII *Metaphysice* quod quelibet substantiarum abstractarum  
 1190 est principium substantie sensibilis secundum motorem et secundum finem,  
 unde falsum dicunt dicentes substantiam primam priorem motore  
 totius. Potest dici quod Commentator ex hoc solum voluit habere quod  
 primum principium esset finis motus et hoc intendebat cum dixit quelibet  
 substantiarum abstractarum est principium substantie sensibilis secundum  
 1195 motorem, quia movet in ratione finis et secundum finem, quia non solum  
 est finis motus, verum etiam est finis substantie mobilis, et ideo qui diceret  
 primam causam esse priorem motore totius falsum diceret; verum est si  
 diceret eam esse priorem motore in ratione finis, quoniam ipsa prima causa  
 movet in ratione finis.

1200 <122> Et ad aliud ((115)), quando dicitur “si non moveret effective, non  
 posset investigari per motum,” ego nego. Sufficit enim quod moveat in  
 ratione finis, et per motum specialiter investigatur diurnum, quia istius motus  
 maxime finis est.

<sup>93</sup> Averroes, *In XII Metaph.*, comm. 44 (vol. VIII, fol. 327H).

1205 <123> Ad alias rationes (<14>) “actus non productus etc.,” ego dico quod illa maior est falsa simpliciter. Bene verum est quod illa arguunt perfectionem aliquam in Deo, sed non vigorem infinitum.

<124> Ad aliam (<5>) dicam quod dato quod primum sit illimitatum ad perfectiones generales et speciales specificas, tamen non est infinitum in vigore, quoniam illa non sunt infinita ad que primum est illimitatum.

1210 <125> Ad aliam (<6>) concedo quod agens naturale equivocum non claudatur infra habentes sui effectus, non tamen propter hoc est infinitum, quia non habet effectum infinitum. Ideo etc.

1215 <126> Ad aliam (<7>) dico quod primum principium potest producere infinita successive, sed non simul; ideo non oportet quod sit infinitum. Quod autem additur quod adveniente posteriori primum non cadit a sua causalitate etc., dico quod hoc est extra philosophiam, quoniam adveniente posteriori prima non remanent in eternum, immo generantur et corrumpuntur successive.

1220 <127> Ad aliam—“motus potest velocitari in infinitum” (<10>)—dico quod non intendit Aristoteles quod sit potentia posita ad velocitatem motus in infinitum, quoniam potentia illa esset otiosa, sed intendit quod si esset movens quod posset velocitare motum in infinitum, quod motus etiam posset velocitari in infinitum.

1225 <128> Ad aliam (<11>) dico quod primum principium habet simul effectum infinitum non isto modo quod simul possit producere in infinitum sed solum successive, et tale non oportet quod sit infinitum, nam isto modo celum habet effectum infinitum. Unde ego dico quod per vigorem finitum, si illud duret per tempus infinitum, | potest producere effectus infinitos successive etsi non simul.

1230 <129> Ad aliam (<12>) dico quod finis appetitur in infinitum ubi finis non habet terminum, sicut Aristoteles ad litteram loquitur de pecunia,<sup>94</sup> quia denarii non habent certum terminum nec divitie, et ideo appetuntur in infinitum; sed non est ita de ultimo fine nostro, scilicet de Deo.

1235 <130> Vel arguitur “finis desideratur in infinitum;” hoc est verum facta hypothesi quod finis sit infinitus, et ideo si Deus esset infinitus appeteretur in infinitum.

---

1232 nec] et *cod.*

---

<sup>94</sup> Cf. Aristoteles, *Politica* 1.9 (1257b28–29).

1240 <131> Ad ultimam (<13>) dico quod Deus non debet dici finitus quia habeat finem, sed pro tanto dicitur finitus, quia non extendit virtutem mobilis in infinitum, sed habet determinatam proportionem ad suum mobile in tantum quod si stella adderetur orbi, non posset movere sine fatigatione et pena, ut dicit Aristoteles II *Celi* et Commentator.<sup>95</sup>

1245 <132> Ad aliam principalem (<15>) dico quod totum ens non est factum. Ad probationem, Commentator dicit<sup>96</sup> quod qui dicunt naturam causam agentem et non moventem, falsum dicunt, nam movens totum est agens totum. Potest dici quod ipse intendebat agens, id est conservans.

<133> Aliter potest dici quod movens totum in ratione finis est agens totum motum, quia est causa efficiens motus totius, scilicet primi motus, cuius oppositum intendunt dicentes primam substantiam esse priorem motore totius, dico motore effective.

1250 <134> Ad confirmationem “quod sibi derelictum est non ens etc.” (<16>) dico quod verum est si sibi derelictum sit non ens, quia in se habeat principium passivum corruptionis, sicut sunt substantie materiales, vel quia suum esse fit in fieri vel fluxu, sicut est motus primus, et illud quod sic sibi derelictum est non ab alio habet esse effective, sed quod sibi derelictum est non ens solum quia indiget alio tanquam fine conservante non oportet quod ab alio habet esse, et illo modo intelligentie et celum sibi derelicta sunt non entia.

1260 <135> Ad aliam (<17>) dicam quod Deus est potens omnia possibilis ex natura rei, et fieri aliquid ex nihilo non est possibile ex natura rei, nec propter hoc dicendum est quod diminutio fit in Deo.

<136> Ad aliam rationem (<18>) dico quod materia ex se necesse est esse per privationem esse efficientis, sed bene indiget forma qua sustentatur, neque oportet quod forma si dependeat ab agente quod propter hoc materia dependeat ab agente ad minus effective.

1265 <137> Ad aliam “accidens generatur etc.” (<20>) dico quod accidens generatur non distincte a subiecto, quia non habet esse distinctum a subiecto. Et tu dicis “in sacramento etc.:

1270 <138> Ad aliam “accidens potest intelligi sine subiecto etc.” (<21>) dico quod accidens non potest intelligi primario sine subiecto, sicut nec esse. Ita etiam primario significari non potest sine subiecto. Sed secundario in-

<sup>95</sup> Aristoteles, *De caelo et mundo* 2.12 (293a10, secundum translationem Michaelis Scoti); Averroes, *Commentum super II De celo*, comm. 71 (407.9–408.14). Cf. Averroes *In VIII Phys.*, comm. 79 (vol. IV, fol. 426L).

<sup>96</sup> Averroes, *De substantia orbis* 2 (vol. IX, fol. 7A).

tellectus potest percipere essentiam accidentis esse aliam a subiecto et distinctam et ut sic imponetur sibi nomen abstractum. Sed ex hoc non sequitur quod possit esse sine subiecto. Etiam non sequitur quod possit intelligi primario sine subiecto: immo nunquam intelligitur accidens quin cointelligatur subiectum. Unde per nomen abstractum de genere accidentis non intelligo accidens nullo modo intelligendo subiectum, sed intelligo essentiam inherentem subiecto, ut res distincta a subiecto. Nam si inherere subiecto est de essentia accidentis, non possum intelligere accidens quin intelligamus inherentiam, et per consequens subiectum, sed bene possum intelligere accidens et inherentiam ut res diversa a subiecto et non per nomen abstractum.

1275  
1280  
1285  
1285

⟨139⟩ Ad aliam dico quod forma ex aliquo generatur, quoniam ex materia et non ex nihilo.

⟨140⟩ Ad ultimam (⟨22⟩) dico quod “agens supernaturale supponat minus” non oportet ex parte facti sed ex parte agentis, quoniam omnia agentia naturalia supponunt agens supernaturale et non econverso. Sic ad illam questionem.

---

1280 inherentiam] inherentia *cod.*

*University of Ottawa.*